

Darował Kaz. Piekarski
14 lutego 1927.

Rest. J. Wyżgi 1934. Brzegi i grzbiet podklejone nową skórą. Nowe wyklejki: Włożona wkładka na końcu na miejsce wyrwanych kart. K. D.

Capitularibus in silentio considentibus et nonnisi ad interrogata et objecta respondentibus adit in gravi necessitate obtenta prius ab A. R. P. Praesidente licentia sub poena rejectionis a Capitulo.

Per Notarium Capituli A. R. P. Praesidens in fine cuiuscunque sessionis sequentis materiam Capitularibus intimabit.

His omnibus ad finem deductis insuper ad Electionem novi Provincialis Definitorum et aliorum Officialium per secreta vota scrutinii in nomine Domini procedemus et finem Capituli iuxta praescriptum Reformationis piae olim memoriae Illmi Dni D. Francisci Simonetti Dei et Aplicae sedis gratia Epi Fulginatensis, eiusdemque sedis in Regno Poloniae de latere Nuncii faciemus.

Postea a Capitularibus electi sunt quatuor Calculatores R.R. PP. Laurentius Buklinski Chrysostomus Lesowicz Chrystophorus Zawensis et Alexius Mszanski qui tam a Praepositis singulis quam ab Officialibus quibuscunque rationes fideliter exciperent, errores in iis notarent et post per Instigatorem in Capitulo propalarent. Insuper propter verificandas singulorum officialium rationes destinati sunt a Capitulo omnium administrationum Revisores, nempe Parochiae Bistupicensis R. P. Laurentius Buklinski et R. P. Chrysostomus Lesowicz Villae Wola ad Conventum Cracoviensem pertinentis iidem. Villae Wroninensis et Wronicensis P. Chrystophorus et P. Stanislaus. Villae Krowodrza P. Hyacinthus et P. Alexius. qui omnia frumenta cuiuslibet grani aliaque mobilia fideliter conscribant pecora et pecudes numerent, fideliter notent easdem notatas post in Capitulo ostensuri.

Sessio Tertia die 18 Maij.

A. R. P. Praesidens num omnes calculationes suas finiverint quaesiuit et cum responsum sit a Capitularibus nondum omnes finiisse ut in iis faciendis properent admonuit et Constitutiones futuri triennii cum Patribus discretioribus se compilaturum a Fratribus approbandas promisit.

Sessio Quarta die 19 Maij

Ordinem processus praenotati servantes causas ab extra advenientes iudicarunt quasdam vero futuro Provinciali iudicandas reliquerunt.

Sessio Quinta die eodem.

Querelae contra Officiales quorumlibet Conventuum et alios Fratres per elapsum triennium excessivos per Instigatorem sunt propositae, quae ut iuste et secundum culpae exigentiam puniantur ad crastinum Capitulum Fratres pro de-

NB liberatione dilationem sibi petierunt.

Sessio Sexta 20 Maij.

Oblatum est ab A. R.R. PP. Conventus Sandomiriensis privilegium et Honesto Alberto Stepkowicz super tabernam in Villa Rosski sitam ut illud ab omnibus in Capitulum Provinciale congregatis Fratribus approbetur confirmetur et ratificetur. quo perlecto et nihil a quopiam quod in damnum Conventus vergere posset observato unanimi consensu omnium est approbatum et confirmatum. quod de verbo ad verbum cum approbatione et confirmatione huic libro est inscriptum.

Cyprianus Calinski Capituli Provincialis Praesidens. Valerianus Stolecki elapsi triennii Praepositus Provincialis Laurentius Buklinski Albertus Stezicius Hyacinthus Sobocki Andreas Panski Raphael Jablonski Joannes Chrysostomus Lesowicz Bartholomaeus Samorski Severinus Mankiewicz Casimirus Gromski Blasius Brzozowiecki Albinus Komorowicz Dionysius Belicki Blasius Rosinski Alexius Mszanski Stanislaus Glinczewicz. Franciscus Jaskowicz. Fratres Ordinis S. Spiritus

...io Saxia de Vrbe ad sonum campanae pro Capitulo Provinciali congregati
Significamus praesentibus literis nostris Vniversis et singulis quibus interest inter-
erit aut in futurum interesse poterit Qualiter comparens coram nobis
Honestus Albertus Chepkowicz contractum emptionis et venditionis domus seu
tabernae in Villa Roski dicta penes Viam publicam sitae ad Conventum San-
domiriensem spectantis et per eundem Conventum facti in omnibus et singulis illius pun-
ctis clausulis articulis et conditionibus Vnius approbari confirmari ratificari
et robur apponi literasque approbationis et confirmationis desuper necessarias sibi de-
cerni et extradi petiit et postulavit. Cuius quidem contractus tenor de ver-
bo ad Verbum sequitur talis

IN NOMINE SS.mae & Individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.
Cyprian Calinski Proboszcz Florian Zdziarski Podproboszczy Wawrzyniec Bu-
klinski Spitalny Kasimierz Gromski Zakrystian y Bracia insi Ordinis S. Spus de
Saxia Conventu Sandomirskiego tegoż tytułu Ducha S. według zwyczaiu do Ca-
pituły na znak dzwonka zgromadzeni
Oznaymuiemy teraz y napotym komu to należeć będzie. Iż my dobro Conventu
naszego Sandomirskiego uważaiąc, a szkody iego znaczną okazią maiąc wyperswo-
waną przez Arendarze karczmy naszey w Roszkach przy gościńcu y granicy le-
żącey. Tudzież bacząc że Convent z trudnością tey karczmy całość budyn-
ku y grodzey bez wszystkiego szkody otrzymać może. Jednak uważaiąc iż na
niey Conventowi nie tylko dla pożytku szynku y stanowiska gości ale wię-
cey dla warunku pożytków spół y ochrony szkód należy. Napożyteczniejsza
tedy rzecz się nam zdała abyśmy Circumferentią budynku tey karczmy
ze wszytką grodzą y płotami iako w sobie iest postanowiona y ogrodzona
komu takiemu ktoryby iurisdictioni Conventu nad sobą znać chciał przedali
aby iuż iako swego pilnował y opatrował. Zakoś de facto karczmę po-
mienioną iako iest tylko w trzech budynkach wystawiona Vczciwemu Woycie-
chowi Chepkowicowi y krystinie Małżonkom z potomkami ich als e legiti-
ma prole alienuiąc iure haereditario za summę złotych sta polskich iuż re-
aliter przez Convent od pomienionych Małżonkow odebranych (y z ktorych
ich mocą postanowienia tego kwituiemy) wiecznie przedaiemy, w possessią skut-
kolną wpuszczamy y do używania dobrowolnego podaiemy tak onych y po-
tomkow ich bez szkody y praepedimentu zachowuiemy y Convent nasz Sando-
mirski zachowa za wykonaniem conditiey niżey opisanych nieodmiennie obiecu-
iemy. A że ciż Małżonkowie przy tymże Akcie pilną y wszelką instantią
czynią o sztukę iakiey roley we troie pola do tey karczmy y iey budyn-
ku prosząc, z ktoreyby wyżywienie przystoinieysze y wygodę w potrzebach kar-
czemnych mieć mogli, dalismy się ku temu iako rzeczy słuszney y przystoiney
nakłonić. I przeto do ogroda przy karczmie leżącego y ogrodzonego rolę
pewnę to iest. pierwszą podle Wstępu chwrostem stay przy gościńcu wsz-
kie dworskiey ku Roszkom rzeczoney leżącą. dla większey ochrony wrodza-
iu dworskiego naznaczamy, potomnę drugą takąż przedtym do karczmy nale-
żącą w Niwę dworską wegnawszy a zagumnie tylko za karczmą zaraz po
drogę od obrazowa ku Roszkom idącą zdawna do tey karczmy należące
zostawiwszy. W drugie pole rolę przy gościńcu Opatowskim do Roszkow
idącem klin nazwany dwie stay, drogami do Roszkow y do Głazowa
ścisniony przydaiemy. W trzecie zaś pole rolę Zanik karczmarski rzeczoną
Sczoregiem stay między rolami Rykowskim puttankiem ziedną a przy-

miarkiem Torłopowskim z drugą stronę leżąca mianujemy. Do tego Zagłkę z da-
wna karczmarską w Mitarkach pod dwiema przymiarkami złożoną przyłączamy
y aby tego wszytkiego na swe pożytki y ich potomkowie zażywali onym dosira-
łamy y exnunc puszczamy. Tak iednak iż wzgledem tych Rol y dzierżawy po-
mięnieni Matzonkowie y potomkowie ich powinni będą y sami się submittuią.
Naprzod Conuent y X. Proboszcza pro tempore za Pana znać y iemu posłuszni
być. Czynszu złotych trzydzieści polskich na każde swięto Marcina S. Biskupa
X. Proboszczowi teraz y napotym będącemu bez odwłoki płacić. Podwoże dwo-
ie albo podwody drogi krakowskiey na każdy rok swym powozem y kosztem
odprawić. Piwo y gorzałkę Conuentskie z dworu Głażowskiego szynkować y za
nie pieniądze według czasu X Proboszczowi oddawać. Dwa dni tez na żęni-
e y dwa na iarzynie według zwyczaiu dawnego odrobić. Conuent zaś onych
z tym piwem ani gorzałką na szkodę ich zawazać nie będzie y onym przeszka-
dzać szynku nie dopuści Ale gdyby im który z poddanych przeszkadzał, sprawiedli-
wość czynić na ich instantią obiecuie. Wolno też będzie tymże Matzonkom y po-
tomkom ich gdyby dworskiego piwa nie stało albo go Conuent nie stawiał tak-
że y gorzałki zkąd inąd zasięgać y szynkować iako też y insze pożytki sobie
z karczmy przywodzić znaiąc zawsze Conuent za Pana y Jurisdictią iego. Na
które conditie pomięnieni Matzonkowie dobrowolnie pozwolili. Conuent też w swo-
ię ich protectią contra quosuis impedientes bierze y onych bronić obiecuie. To so-
bie iednak waruie iż iesliby kiedy potomka ich ex legitima prole tylko albo
na potym successiue nie stało żadni pokrewni ich ad haereditatem et ius successi-
onis tey karczmy odzywać się nie będą mogli. Ale znowu całe ta karczma bez
żadnego zapłacenia na Conuent się by powrocić miała. Owszem lubo tey kar-
czmy y prawa swego wolno im będzie komu cedować albo ono przedać
Tego przecie uczynić nie będą mogli aż za Consensem specialnem Conuentu. Zaś gdy-
by to bez Consensu Conuentu uczynić śmieli tym samym prawo swoie tracić ma-
ią. A iesliby wczym z tych Conditiey wyżey opisanych wykraczali y dosić im kie-
dy oni albo ich potomkowie czynić nie chcieli albo karczme penitus puścili.
Wolno będzie Conuentowi osaczowszy budynek iesliby iaka desolatia albo re-
stauratia znaczna iaka natenczas była karczme zapłacić tych albo potomkow ich
oddalić komu inszemu karczmę y rolę puścić albo iako chcieć tym disponować
Na to y takie postanowienie y Contract obie stronie dobrowolnie pozwoliły y za
nieodmienny przyięły. A zeby nastatek wszytko to robur y moc wieczną miało
obiecuią wprzod mianowani Oycowie wespoł y z X Proboszczem ten Contract kto-
ry za przywiley przyznawaią rękami podpisowszy własnemi pieczęć zwyczay-
ną przycisnąć y na przyszłey Capitule Prowincialney confirmować y robo-
rować. Działo się w Conuencie Ducha S. Sandomirskim przy bytności braciey y
strony drugiey supplikuiącey in Capitulo die tertia Mensis Marty Anno Do-
mini 16. trigesimo quarto. Et A. R. P. Cyprianus Calissien. totumq[ue]
Capitulum dictum contractum in omnibus et singulis illius punctis clausulis ar-
ticulis et conditionibus uniuersis approbans confirmans ratificans robur apponens
decreuit literasq[ue] approbationis et confirmationis desuper necessarias extra-
didit

Facta hac eiusmodi approbatione Suis contractus post correctio Fratrum est
subsecuta ac inprimis Pri Sacristiano Bartholomaeo Sarnowski quod Me-
tricas non debite conscriptas in Sacristia habuerit serio a Capitulo iniunctum
est ut eas bene ordinare et omnia Inventaria conscribere quam citissime cu-
ret pro sua vero negligentia bis coronam recitet.
Pr Factor Andreas Banski quod in eius calculationibus quaedam errorum notae com-
pertae fuerint iussus est pro poenitentia semel feriam sextam in aqua et pane
ieiunare et rosarium semel recitare.
Admodum Rdo P. Valeriani Stolecki Praepti Provincialis praeteriti poenitentia dilata est
sed post prandium iniungenda.
Admodum Rdo P. Cypriano Calinski Praeposito Sandomiriensi pro administratione Prae-
positurae Sandomir. bona et fideli gratiae agendae per Noviter electum P. Praeptum
Provincialem sunt dilatae.
A. Rdo P. Raphaeli Jablonski Praeposito Calisiensi gratias egerunt Capitulares per A.
Rdum P. Praesidentem et per eundem ei pro quibusdam minoribus et non debitis dili-
gentiis poenitentiam Coronam cum Rosario recitare iniunxerunt.

Sessio Septima die eodem.

Contra A R P Valerianum Stolecki Praepositum Provincialem praeteritum sic a Capitu-
laribus est decretum inprimis ut Capitulares in Capitulo deprecetur, post ut agno-
scat culpam, et insuper bis septem Psalmos Poenitentiales recitet ac disciplinam
privatim faciat. Et quoniam idem A R P. Valerianus pro fabrica Conventus Cra-
coviensis pecuniam ad Conventum Sandomir. pertinentem expenderit ideo ne
sua Conts Sandomir. privetur pecunia ad illi satisfactionem concessum est et de-
terminatum ut Conts Crac. mille et trecentos florenos quamprimum poterit
numeret et in effectu Contui Sandomiriensi reddat.
In eadem sessione Pr Christophorus inventus est reus quod cum Sandomiriae
Hospitalarius esset pecuniam cuiusdam Mendici accepit nec eam pro fabri-
ca Hospitalis aut Ecclesiae expendit sed apud se celavit et necessaria sibi
pro ea comparavit ideo decretum est ut ea necessaria pro eadem pecunia
comparata needum inveterata scilicet Missale novum Albam Tapetem et Su-
perpellicium Ecclesiae Sandomiriensi conferat et quam citissime transmittat pro ani-
ma autem Mendici cuius hae pecunia erat qualibet septimana sacrum celebret ac
insuper privatim disciplinam faciat. Post haec depositum est contra eum quod ille
Cracoviae manendo non ut verum Religiosum conceruit sese gesserit sed quosdam ex-
cessus cum scandalo aliorum fecerit ideo hos illius excessus diligenter Capitulares
trutinando, eum voce utraque ad finem Capituli Provincialis privaverunt et per tres
septimanas ne pedem e Monasterio efferat statuerunt.
Ad extremum causa Pris Bernardi est iudicata quod ille dum Sandomiriae maneret
scandalo se alys praebuerit post acceptam licentiam Cracoviam ad A R P Provincia-
lem remigrandi aliquot diebus in externorum et saecularium hospitiis Sandomiriae
conversabatur et nocte non ut decet religiosum vagaretur ideo etiam voce utraque
ad finem Capituli Provincialis privatur, ultimus ad mensam sedeat post presbyteros
et per medium anni ne e claustro ullibi pedem efferat est iussus.

Sessio Octava die 22 Maij.

Ad hanc sessionem cum in ea electio novi Praepti Provincialis fieri debuit propter
conscriptionem publici Instrumenti adscitus est a Capitularibus publicus Notarius

Generosus ac Magnificus D. Albertus Operkowski qui vota excipientibus asside: at et novo electum R. Praepositum Provincialem nominet. ac eum Fratribus publicet quo praesente sessionem inceperunt et ab eo post sibi Instrumentum publicum extradi petierunt Cuius Instrumenti tenor talis qui sequitur.

In nomine Domini Amen. Pateat omnibus evidenter et sit notum Quod cum Praepositura Provincialis Monasterii S. Spiritus Cracoviae post ex: pirationem triennii vacasset hac die infra scripta ad eligendum praefixa et Missa de S. Spiritu celebrata ac oratione devota ad Dominum Deum prae: missa Reverendi et Religiosi Patres Cyprianus Calinski Praeps Hospita: lis S. Spiritus Sandomiriae Praesidens. Valentinus Stolecki Albertus Stez: cius Laurentius Bublinski Hyacinthus Sobocki Andreas Banski Raphael Jablonski Joannes Chrysostomus Leszowicz Bartholomaeus Sarno: wski Severinus Mankowicz Casimirus Gromski Blasius Kosinski Bla: sius Przedomiecki Albinus Komorowicz Dionysius Bobicki Stanislaus Glinoiewicz Alexius Mstanensis Franciscus Jaskowicz. Fratres Ordinis S. Spiritus in locum solitum ad sonum campanellae ad faciendam Electio: nem capitulanter congregati, tunc dictus Pr Cyprianus Calinski Praesi: dens facta prius fide de sua Praesidentia allocutus est suprascriptos Fra: tres dicens Charissimi Fratres scitis quia Praepositura Provincialis post expirationem triennii iam cepit vacare et quod pro Electione futuri Prae: positi Provincialis simus hic congregati, rogo et hortor vos quatenus dimissa affectione propria solum Deum prae oculis habentes quilibet vestrum in se: ipso eligat meliorem et utiliorem quem in conscientia sua sciet in Praepositum Provincialem. Tandem post huiusmodi adhortationem dictus Pr Praesidens vota a singulis Fratribus secreto et per me Notarium infrascriptum scri: pta recepit ac per me postea retulit ea quae per vota praedicta reperit Ubi maior pars in praefatum Prem Cyprianum Calinski consensit et ~~et~~ maior pars illum elegit ad triennium non alias nec aliter in Provincialem Praepositum. Qui Electus electionem de persona sua in Spiritu S. factam non acceptabat et ut alium praefati Fratres eligerent rogabat. Tandem victus precibus eorundem Fratrum eandem acceptavit quo electo ad Electionem Definitorum processerunt et Rdum P. Laurentium Bullinski et Rdum P. Hya: cinthum Sobocki in Definitores elegerunt. Post omnes Fratres suprascripti Eligentes praefatum Electum ad templum S. Spiritus duxerunt et ibi can: tionem laetitiae Te Deum laudamus alta devotaque voce cantaverunt campa: nis pulsatis, ibique oratione facta Electus A Rdus P. Cyprianus Calinski iuramen: tum solenne ante maius altare de fideli administratione Praepositurae emisit tum ei obedientiam reverentiam et honores Fratres impenderunt. De quibus omnibus et singulis praedictis praefati Eligentes petierunt sibi per me No: tarium infrascriptum praesens publicum confici et extradi instrumentum Acta sunt haec Cracoviae Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo quar: to Indictione Romana Undecima Pontificatus SS. D. N. D. Urbani

8

divina providentia Papae eius nominis Octavi feliciter moderni anno ipsius Undecimo die vero Lunae Vigesima Secunda Mensis May, Praesentibus DD. Alberto Zieniewicz et Gasparo Kachynski Servitoribus S. Spiritus testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Et ego Albertus olim Joannes Opechowski Sacra authoritate Apostolica Notarius publicus de praedictis omnibus et singulis cum testibus suprascriptis hoc praesens publicum Instrumentum Electionis publicavi et subscripsi cum appositione signi mei Notarialis requisitus et rogatus.

Et hoc est publicum Electionis Instrumentum de Authentico praefati publici Notarii de verbo ad verbum fideliter transumptum in qua etiam sessione pro Praeposito Sandomiriensi A. R. P. Joannes Chrysostomus Lechowicz pro Praeposito Calisiensi A. R. P. Raphael Jablonski pro Factore Conventus Cracoviensis Fr Andreas Banski per vota secreta Fratrum canonice sunt electi et Fratribus per eundem Notarium publicati.

Sessio Nona die 23 May

Electionem Parochi Bystrzycensis instituerunt Capitulares et pro Plebano ad Parochiam Bystrzycensem per vota secreta Patrem Casimirum Gromicium Canonice elegerunt. Post ab A. R. P. Praeposito Provinciali electo pro Hospitalario Cracoviensi Fr Severinus Mankowicz pro Cantore Fr Blasius Brzozowiecki num idonei pro iis officiis fungendis viderentur Fratribus propositi sunt, quos Fres receperunt et idoneos iudicarunt Et Admodum R. P. Praepositus Provincialis Fr Severino apposuit ut curam Novitiorum et Fratrum iuniorum gerat eorumque Magister existat. In eadem sessione A. R. P. Praepositi singulorum Conventuum instantiam fecerunt ut Fratres qui sub eorum obedientia et regimine habitarent deputarentur et assignarentur. qui statim per Admodum R. P. Praepositum Provincialem Electum RR. PP. Definitores et Praepositos singulorum Conventuum, pro Concionatore Sandomiriensi Fr Florianus Zielinski pro Hospitalario Fr Valerianus Stolecki pro Factore Fr Alexius Mstenensis pro familia Fr Franciscus Szylowicz Fr Albertus Rogonski Fr Clemens Volpiensis Fr Nicolaus Zamichoscensis ad Conventum Sandomiriensem sunt deputati. Fr vero Eneas Latkowicz pro Subsidiario pro familia Fr Venceslaus Jaskowicz Fr Augustinus Frischowicz. ad Conventum Calisiensem sunt assignati.

Sessio Decima die 26 May.

Prohibitum est ne ullus secreta Capituli cuipiam revelare sub poena praeter excom. privationis vocis utriusque per integrum biennium. A. R. P. Praepositis singulorum Conventuum iam Cracovia discessuris praeceptum est ut antequam suas Praeposituras administrare inceperint prius iuramentum solemne de fideli administratione ante maius altare in Ecclesia vel in Refectorio emittant. Insuper Patres Conventus Cracoviensis instantiam fecerunt ad A. R. P. Praepositum Provincialem, ut illis Decimam Pramnicensem condonet, et hoc propter

rea quia Capella S. Benedicti Decimas ad illam pertinens eis pro Concionatore adempta sit, cui illorum instantiæ et petitioni A. R. P. Præpositus Provincialis non restitit sed eam condonauit.

In Sessione tertia huius Capituli quas Constitutiones A. R. P. Præsidens promiserat se in Capitulo cum Patribus discretoribus compilaturum easdem compilauerat et ad subsequens immediate sessionis quartæ Capitulum adtulerat et per Notarium Capituli distincte et intelligibiliter Capitularibus legerat et quoniam nihil in iis deerat quod ad bonum regimen Conuentuum pertineret ideo à Fratribus sunt receptæ et unanimi consensu approbatæ præterea propter maiorem valorem et obseruantiam Fratres in iis subscriptis manibus propriis suis nominibus et cognominibus post sigillum Provinciale et Conuentuale apposuerunt. Harum autem Constitutionum forma talis est ut sequitur ex Authentico descripta de verbo ad verbum

Constitutiones per A. R. P. Cyprianum Calinski pro tunc Præsidentem aliosque seniores Patres compilatæ Capitularibus propositæ et ab eis in Capitulo Provinciali approbatæ.

Instructi experientiâ magnam esse in rebus humanis vicissitudinem ut illa quæ semel recte et in suo statu aliquandiu conseruata fuerint successu temporis ni instaurentur, decidant et infringantur. Hoc idem in Ordine nostro cum aduerterimus operæ pretium duximus ut non tam nouas Constitutiones sancire quam potius ea quæ sunt prudenter sancita, et si aliqua desuere quæ pertinent ad officialium maiorem in munere suo obeundo instructionem addenda addere pro viribus ad executionem perducere diuino ope suffulti elaboremus etc.

NB Inprimis tempus pro celebrando futuro Capitulo Provinciali nempe prima Dominica post Octauam SS. Corporis Christi decernimus, in anno futuri Capituli 163 septimo pro quo Capitulo oēs Præpositi et Officiales cum Inuentariis tam rerum mobilium quam immobilium cum libris ordinatè conscriptis perceptarum et expensarum, aliisque rationes reddendas in Capitulo concernentibus sine ullis excusationibus compareant. omnis autem Præpositus frumentum cuiusuis seminis (si non amplius) saltim tantum quantum sufficiat pro alendis Fratribus ad festum S. Bartholomæi relinquat successori suo.

Præpositus Cracouiensis.

Statuimus ut ratione institutionis iurisdictionem quoad curam animarum supra triennium se habere sub pœna priuationis vocis utriusque non extendat.
Isdem Provincialis Præpositus per triennium quolibet anno semel siue per se siue per alium delegatum quemlibet Conuentum sui Ordinis circa festum S. Michaelis visitet, visitando rationes Præpositorum singulorum examinet, inuentaria accipiat, apud illos supra tres aut quatuor dies excepta graui causa non moraturus.

NB Nullum Officialem electum in Capitulo Provinciali mutare nec aliquem Fratrem alicubi pro familia manentem reuocare nisi cum consensu Definitorum præsumat.

Fratribus omnibus ad pertractanda studia idoneis omnia necessaria cum Definitoribus provideat et certam summam secundum Definitorum discretionem pro illis alendis praesertim Calissium mittat.

Per quam occasionem sibi Confirmationem pro Provincialatu expedire curabit per eandem personam Reverendissimo Domino Generali semper pro triennio Romam mittat.

Janitorem qui semper portae assideat provideat.

Subditis praecipue Vrunensibus iniurias quascunque a confinalibus vicinis quibusvis inferre non permittat et illatas iure mediante eis rependere et satisfactionem facere quam citissime cum omni diligentia omnino studeat.

Regimini Conventuali pro amore Dei et singulari in Ordinem pietate ea qua potest maxima diligentia attendat.

Definitores.

Volumus instante Capitulo triennali Provincialem moneant ut ad Conventus intimationes in quibus nomina et cognomina Patrum ad Capitulum venturorum exprimant, in iisdemque se tam Provincialis quam Definitores subscribant et sigillum Conventus apponant. Et per triennale ab anno praesenti 1634 ad annum 1637 propter Ordinis melius regimen et rectam ac religiosam vivendi normam cum Notario Capituli Constitutiones compilabunt quas in futuro Capitulo Provinciali Fratribus ut ab eis approbentur et post Romam pro Confirmatione mittantur perlegant ut secundum eas vivant et ad unguem observent.

Meminerint se esse Patres tanquam Bases Provinciae, curent Sas Constitutiones esse adamussim observandas Provincialemque ut facilius per eum executioni demandentur moneant qui si privatim ab eis admonitus et tertio in Capitulo Provinciali si ad executionem eas perducere non contendat sed in damnum Conventus contrarium faciat liceat eis Capitulum intimare et consilium celebrare.

Praepositi

Nullas fabricas faciant sine scitu et Consilio Capituli Conventus sui.

Regimini Conventus sui tam in rebus spiritualibus quam temporalibus provideant Fratres secundum regulam corrigendo et omnia secundum Constitutiones a Provinciali executioni demandandas faciendo sub poena arbitraria Provincialis et Definitorum.

Vicepraepositus.

Choro semper adsit in Conventu regimen et Ordinem teneat excessus Clericorum et alios minores puniat et septimana quilibet feria sexta dum Praepositus Capitulum celebrabit in eo Fratrum excessus proponat quod si Rx P. Praepositus defuerit ipse in Capitulo celebrando vices semper obibit.

Concionatores

Ordinemque curam Capellae S. Benedicti habeat ad eamque omnes redditus veteres pertinentes evincat, eiusque proventus secundum antiquam consuetudinem accipiat ex quo libros pro Bibliotheca Cracoviensi quolibet anno procuret.

Equalis omnes census quos nunc ambo percipiunt decipiat.

Extraneos nemo illorum in ambonam sine scitu Provincialis inducat.

Horum aliquis Bibliothecae Crac. curam gerat. Ad extremum curent ut pro laude Dei et honore Religionis tantoque in eos ab Ordine beneficio collato quantum fieri potest se pro Concionibus ad aedificationem Sanctam parent.

Hospitalarius.

Meminerit sub professionis esse quod omnium personam gerat quapropter diligentem se

prabebit in administrandis Sacramentis, promptum in pauperum infirmitatibus et potissimum in articulo mortis servitio in quibus iuvabit eum Maturista vel si is deerint Summista, Sacrum vero cum diebus Dominicis quam festivis in Hospitali ultimus vacans celebrabit cui Hospitalarius sub poena arbitraria Capitularium invigilabit, sit quantum fieri poterit sine socio Hospitale non visitabit multo magis cetteri Fratres
Legata si acciderint et suppelectilem omnem post decessum aegroti pro arbitrio suo sine scitu Provincialis et Definitorum non disponat.

Magister Novitiorum.

Semper sit qui doctrina et moribus praeluceat Fratres iuniores professos et Novitios in suo regimine habeat, qui professos doceat vel eorum studiis invigilet et ex eis examinet. et quod summum omnes in pietate et disciplina regulari exerceat.

Sacristianus

Officium divinum suo tempore absolvere faciet, inventaria habebit, mundities omnium Corporalium Altarium et aliorum paramentorum in Sacristia ordinem curabit Sacerdotes non catervatim sed unum post alium exire ad Sacrum observato Ordine vacantium permittet, quod si quis illorum tarde ad Sacristiam venerit illi significabit.
Omnes proventus annuales et eleemosynas distributionem Fratrum concernentes fideliter sub conscientia colligat et in libro seorsim annuatim conscribat, hinc alium librum perceptarum et expensarum omnium habeat, Metricos librum baptisatorum et Matrimonium contrahentium librumque Benefactorum ordinate conscribi curet et eos omnes diligenter custodiat.

Factor

Quilibet anni habeat Inventaria nova quod in Capitulo ostendat ut diminutio vel auctio mobilium appareat.
Penes se nullam pecuniam ab aliquo acceptam retinere audeat sed ad scrinium commune deponat secundum Caput Regulae volumus etiam ut omnes
singulis Quartalibus rationes a se eximere ipse curet sub poena Cap. Reg. Domus semper habeat Necessaria fratrum vitae et salutis iuxta dispositionem Provincialis et Definitorum provideat.

Notarius Capituli.

Semper a Capitulo destinatus habeatur qui omnia Acta ordinate diligenter et fideliter describat.

Infirmarius

Eligatur qui infirmorum Fratrum curam gerat diligenter in eorum necessitatibus et infirmitatibus ex amore Dei et proximi eis serviat, sumptus vero pro Medicinis et aliis ad salutem necessariis quantos necesse fuerit ex communi scrinio accipiat

Cantor

Electus Choro semper adsit, aliis praeluceat et librorum cantilenariorum curam habeat
Insuper iuri attendendo unus deputetur qui Causis Conventualibus in Iudiciis attendat
Post pulsum silentii iuxta Regulam Fratres silentium observent.
Otium quod est sentina omnium malorum vitent per Conventum sine causa non discurrant. sed libros sive Casuum sive quoscunque alios spirituales legant sibi a S. Hieronymo dictum existimantes Aliquid operis facito ut te Diabolus inveniat occupatum non enim facile capitur a Diabolo qui bono vacat exercitio
His omnibus Constitutionibus admissis et approbatis in Capitulo Provinciali Fratres, ut maioris roboris et firmitatis fiant eas observaturos se promiserunt in cuius promissionis fidem manibus propriis in iisdem se subscripserunt. Anno 16.3 quarto die. 22 May.

PROCESSUS

Visitationis in Conventu Sandomiriensi Per A. R. P. Laurentium Buklinski Definitorem primum et Visitatorem A. R. D. Cypriani Calinski Monasteriorum Ordinis S. Spiritus in Saxia de Urbe per Regnum Poloniae delegatum factae, sub Praepositura in eodem Conventu A. R. P. Joannis Chrysostomi Lecsowicz. 1.6.3.5.

Sessio Prima die 25 Januarii.

Convocatis Fratribus A. R. P. Laurentius Buklinski Visitator delegatus proposuit se habere licentiam ab A. R. D. Provinciali Conventum Sandomir. visitandi, rationes ab officialibus exiendi et omnia alia quae ad visitationem religiosam pertinent faciendi, quam per R. P. Albinum Komorowicz Capli Crac. Notarium et sibi in visitando socium associatum, in qua A. R. D. Provincialis potestatem sibi ipsi corrigendi reliquit Capitularibus legi fecit, qua audita ad respondendum Capitulares Conventus Sandomir. sibi dilationem petierunt et futuram et immediate sequentem sessionem. Cui eorum petitioni A. R. P. Visitator delegatus non contraivit sed tempus pro matura responsione ut petebatur concessit.

Sessio Secunda die eodem

Ad Matutinam ~~propositionem~~ A. R. P. Visitatoris nomine Capitularium A. R. P. Joannes Chrysostomus Lecsowicz Praepositus Sandomir. respondit se concedere visitari sed protestari de nullitate Actus quia debita requisita non processerunt, dixitque se et alias rationes habere propter quas hanc protestationem faciat in futura visitatione vel ubi locus fuerint deducendas, Audita hac eiusmodi responsione A. R. P. Visitator et eorum licet conditionata submissione, iurisdictionem fundavit et in nomine Domini primum ut officiales Regestra in Capitulo deponant coepit, quod R. P. Valerianus Hospitalarius R. P. Alexius Factor et

Sacristanus in continenti deposuit. Hos postquam deposita sunt A. R. P. Visitator ea propter diligentiores calculationes faciendas accepit et Sessionem hanc finivit.
Postera die quae fuit 26 Januarii A. R. P. Visitator cum R. P. Albino sibi associato Ecclesiam Sacristiam Bibliothecam et Hospitale visitavit. die autem 27 Januarii Registra omnia perceptarum et expensarum diligenter revidit Depositiones Fratrum excepit quas per R. P. Albinum homonymum Capli Notarium post eas A. R. P. Provinciali referendas scribi iussit. Hoc cum fecit die 28 Januarii ad Villam Glazow profectus est et ibi congregari Colonos ad se fecit. inter quos de bona administratione A. R. P. Praepositi Sandomir. inquisivit post horreum visitavit, rationes perceptarum et expensarum Villaticarum ab A. R. P. Praeposito exemit. Die 29 Januarii Sandomiriam adveniens propalavit R. P. Valerianum de summa 1000 florenorum pro Officio B. M. V. Sandomir. canendo fundata, et summa 300 florenorum pro necessariis Conv. Crac. ab A. R. P. Cypriano Colinski praeterito triennii Praeposito Sandomir. expensa, et summa 800 florenorum a R. P. Zagorski accepta, et de aliis rebus sibi ab A. R. P. Provinciali commissis interrogavit. ex quibus summis R. P. Valerianus ut rationem pleniorem faciat Regestrum earum expensarum A. R. P. Provinciali deferendum, se daturum promisit. Post A. R. P. Visitator ei nunciavit se adhuc habere in commissis ut suppellectilis illius Inventarium conscribat, vel ab eodem ipso conscriptum A. R. P. Provinciali reddendum accipiat, quod ille quam citissime per se conscribendum et transmittendum pollicitus est.

Sessio Tertia die 30 Januarii.

A. R. P. Visitator Capitularibus ex Commissione A. R. P. Provincialis iniunxit, ut Inventaria suppellectilis suae conscribant et A. R. P. Praeposito suo Sandomir. quam citissime singuli reddant quod se facturos promiserunt. Iniunxit postea ut Censuum et Proventuum distributionem Fratrum concernentium libellum conscribant quem singuli eorum habeant.
Post Capitulares ab A. R. P. Visitatore ut ille resciat ab A. R. P. Provinciali ubinam summa 600 florenorum a P. Milewski fuerit.
Quaesivit deinde A. R. P. Visitator ab A. R. P. Praeposito num aliquod Cirographum supra summam 1000 florenorum P. Zienkowicz Civi Sandomir. ab eodem A. R. P. Praeposito Sandomir. Joanne Chrysostomo Leckowicz traditum habeat, quod dixit se habere et statim illud ostendit sed quia simplex erat ideo promisit se ad subscribendum in illo Honesto P. Bonaventura traditurum.

Peracta hac eiusmodi in Conventu Sandomiriensi Visitatione per A. R. P. Laurentium Bulbiszki Visitatorem delegatum, post Citatus est ad A. Rx. P. Provincialem A. Rx. P. Joannes Chrysostomus Ledowicz Praepositus Sandomiriensis ad videndum exequi visitationem in Conventu eius factam pro die decima Martii, pro quo die personaliter comparuit et in Definitorio ab A. Rx. P. Provinciali est requisitus Cur A. Rx. P. Visitatori delegato dum eius Conventum Sandomiriensem visitare debuit, restitit sed de nullitate Actus est contra eum protestatus, et huius nullitatis actus et protestationis rationes ut deducat est iussus. Qui protestationis suae has rationes dedit. Prima. Quia haec visitatio in Conventu eius non via ordinaria non secundum ius et Canones est instituta exinde quia ante nulla eius praecessit intimatio et monitio. Secunda Quia non potuit haec visitatio peragi per substitutum ab A. Rx. P. Provinciali cum ipse A. R. P. Provincialis sit Generalis delegatus. Tertia Quia haec visitatio est instituta per personam inhabilem quae est processionata. Definitorium acceptis hisce eius rationibus et mature consideratis frivolas eas simul cum protestatione et nihil valentes iudicavit, ac proinde eas irritavit. imo propter hanc protestationem poenam ei imponendam sub finem praesentis exectionis reservavit et in Continenti ut Computa perceptarum et expensarum administrationis suae et Officialium suorum ut reponat et ad interrogata directe respondeat serio praecepit, Cuius praecepto non quidem cum ea qua par est religiosa modestia paruit. Computa reddidit et religiosae disciplinae se subiecit. Hoc cum fecit Prohibitum est ei ne de Claustro ullibi exeat nisi cum licentia et socio sibi ab A. Rx. P. Provinciali assignato. Additur Hipocaustum Rx. P. Fabiciani pro deponendo eius lectisternio et rebus caeteris deputatis. et si in aliquo commoditati eius vel victui aliquid desit ut certiorem A. Rx. P. Provincialem de omnibus faciat ei iniungitur. Et insuper Regestra eius Calculatores acceperunt.

Sessio die 13 Martii.

Calculatores Regestra A. Rx. P. Praepositi Sandomiriensis calculata reddiderunt ad Definitorium; Ex quibus A. Rx. PP. Definitores maiorem expensam florenis fere sexcentis quam perceptam A. R. P. Praepositi Sandomiriensis ostenderunt; Cuius maioris expensae in praesenti statim Definitorii sessione rationem dedit

et quod de suo proprio ac debitis passiuis, quod ostendit, expende-
rit, dixit. Requisitus de debitis tam passiuis quam actiuis, ea statim enu-
merauit. Debitorum passiuorum summa floreni 3289, actiuorum summa
floreni 1355 post ex depositionibus Fratrum in Conventu eius degentium
et examinatus, ad quarum depositionum singula interrogata respondebat.
Responsionem autem eius A. R. P. Provincialis cum A. RR. PP. Definitoribus atten-
te audientes in omnibus obseruabant, et omni et integra responsione ac iu-
stificatione eius ad deposita, audita pro Decreto ferendo ad deliberatio-
nem unum diem sibi acceperunt.

Sessio die 14. Martii.

A. R. P. Provincialis in Definitorio, cum ceteris A. RR. Assessoribus suis,
omnia et singula ex depositionibus Fratrum in Conventu Sandomiriensi degen-
tium contra A. R. P. Praepositum Sandomir. Joannem Chrysostomum Ledo-
wicz puncta oblata, et eiusdem A. R. P. Praepositi Sandomir. ad ea respon-
sionem et iustificationem diligentissime et mature haud breui tempore conside-
rantes summam pecuniariam Conventus Sandomir. sine scitu Fratrum Conventus sui
per A. R. P. Joannem Chrysostomum Ledowicz Praepositum Sandomir. innodatam, aliam
a debitoribus exactam et in varios usus et necessitates Conventus sui expensam quod
haud facile colligi potest videntes, tale contra eum Decretum fecerunt.
Cum constet probe notis ex depositionibus oblatis contra R. P. Joannem Chrysosto-
mum Ledowicz Praepositum Sandomir. in visitatione per A. R. P. Laurentium Bublin-
ski Visitatorem delegatum, Definitorem primum in Conventu Sandomir. facta eundem praefa-
tum R. P. Praepositum Sandomir. suam Praeposituram tam in rebus spiritualibus quam temporalibus
non recte prout par erat administrasse sed in ea profectum minime idoneum, et non suf-
ficientem esse, Regimini Conventuali non attendisse, Nulla Voquam Capitula cum Fratribus
sui Conventus celebrasse, distributioni Fratrum indulsisse et eam non praemunisse, Summas
pecuniarias sine scitu A. R. P. Provincialis et Capituli innodasse et alias sine urgente cau-
sa expendisse et multa debita contraxisse, inhaerendo Statutis Reformationis Almae Fran-
ciscanae dimissae nostrae et Constitution. in praeterito Capitulo Provinciali laudatis a Capitularibus
approbatis et receptis eam divina ope suffulti ex officiis Sandomiriensis Praepositurae deponere
decreuimus prout per praesens Decretum nostrum in nomine Christi deponimus et absol-
uimus. Seniori iniungentes illi Ut cum Successore suo sub priuatione vocis utriusque in
perpetuum Summas per se innodatas euincat, Conventuique Sandomir. restituat. Ob rebelli-
onem autem contra Officium factam protestationem et appellationem contra correctionem re-
gularem dishonorationem A. R. P. Provinciali et Subdelegato Visitatori tam in Visitatione
quam in executione eiusdem incussam in carcere sibi assignato per duas Hebdomadas ita
ut per unam pedem e carcere ne efferat per secundam tantummodo ad Sacrum
celebrandum exeat post Sacrum in instanti ad carcerem reuersus Ut detineat, fe-
riis secunda quarta et sexta in pane et aqua ieiunet disciplinam iisdem diebus adhi-
beat et post Definitorium in facie Capituli deprecet. Volumus et per praesens Decretum
statuimus.

Sessio die 16 Martii

Conuocatis per signum campanellae A. R. P. Provincialis Capitularibus ad Capitulum Conventuale
et adducto ad illud R. P. Joanne Chrysostomo Ledowicz Decretum in Definitorio

statutum publice in Capitulo R. P. Joanni Chrysostomo Lecdomics legi iussit. Quo audito R. P. Joannes Chrysostomus Lecdomics illud acceptavit et misericordiam in eo relaxando et mitigando in facie Capli Actu petiit. quam eius petitionem A. R. P. Provincialis ad Definitorium inferre eum iussit. Finito Contrat. Caplo praefatus R. P. Joannes Chrysostomus Lecdomics in Definitorio relaxationem Decreti obnixe et cum suo dolore petiit, quem eius dolorem Definitorium videns, precibus eius annuerunt et sibi Decretum relaxaverunt non quidem in essentiali et in eo quod pertinebat ad offensam A. R. P. Provincialis et Definitorum in hunc modum. Quia Definitorium non pt frustra leges condere nisi exequantur sicut nec ulus Judex hoc solet facere ideo Nos commiserationem habentes supra humiliationem R. P. Joannis Chrysostomi Lecdomics mitigamus Decretum nostrum ut nihilominus sit depositus de Praepositura Sandomirien. sed in carcere tantum per unam hebdomadam ut detineatur ad sacrum celebrandum quandocunque volvent e carcere exeat nullam disciplinam et ieiunium faciat et postea successorem suum in exigenda pecunia per se innodata toni quam Ciabiliter adiuvet et opem illi fidelem afferat.

Sessio die 27 Martii.

Pro praesenti die citati sunt ad Definitorium R. P. Valerianus et Fr. Franciscus ad videndum exequi depositiones contra illos in Conventu Sandomir. sub tempus Visitationis qui oblatas qui pro die assignato comparuerunt. et inprimis in Definitorio requisiti sunt unum correctioni regulari se submittant et dixerunt se submittere. Interim Definitorium deliberavit quo ordine cum illis sit procedendum et decreverunt Causam R. P. Valeriani ad futuram Sessionem differentes, Fr. Ve: Franciscum ut Cracoviae detineatur praeceperunt.

Sessio eodem die.

A. R. P. Provincialis cum Assessoribus suis post depositionem R. P. Joannis Chrysostomi Lecdomics ex Praepositura Sandomir. eandem Praeposituram vacare videntes Caplum cum Fribus Capitularibus fecerunt ut novum Praepositum Sandomiriensem eligant quod Capitulares fecerunt et Canonice R. P. Valerianum Stolechi in Praepositum Sandomir. elegerunt votis septem, Capitularium autem eo tpe numerus erat duodecim. praeter A. R. P. Provincialem RR. PP. Laurentium Bulbinski et Hyacinthum Sobocki Definitores et R. P. Albinum Scomoromics Capli Notarium qui quatuor pro hoc Actu Electionis praesidebant et vota eligentium excipiebant. Hi etiam quatuor praesidentes nulli sua vota dederunt pro praefata Praepositura sed tantum alionim Capitularium Electionem ratam et gratam approbaverunt. et Novo Electum per Notarium Capli publicaverunt qui novus Electus in eodem Caplo iuramentum administrationis suae Praepositurae fidelis praestitit Hac cum fecerunt Capitulares e loco Capli abiverunt. A. R. P. Provincialis in Definitorio cum Assessoribus suis consilium iniit et quomodo executio Visitationis Sandomir. supra R. P. Valerianum Stolechi novo electum a Capitularibus Sandomir. Praepositum sit exequenda et depositiones contra eum puniendae, insuper et caetera contra eum quae erant in Definitorio obicienda sint iudicanda quaesivit; haud breui

tempore deliberantes tale Decretum fecerunt. Quoniam per Vota
Fratrum Capitularium A. Rx P. Valerianus Sobecki in Praepositum Sandomir.
est electus ideo Nos Causam eius supra eum Visitatorem Sandomiriensem
exequendi et obiiciendos contra eum iudicandi suspendimus et ad futurum
Capitulum Provinciale differimus. Nunc spem bonam de eo concipiendo quod
Praepositurum Sandomir. sic administrabit Ut nostrae spei existimationi et expe-
ctationi Velit correspondere et talem se praestabit Ut post laudem mereri
curabit. Modo tantum et praecipimus Ut omnino nullas expensas et sum-
ptus pro illa fabrica (excepto quod est simplicis necessitatis) faciat, Sum-
mas pecuniarias per Rx P. Joannem Chrysostomum Zedowicz suum Ante-
cessorem invadatas evincat et debita activa congregat et quantum Vini-
um eius erit summam pro Officio B. M. V. in Ecclesia nostra Sandomir. decan-
tando fundatam colligat et cumulet.

Sessio die 28 Martii

Supra Fratrem Franciscum Cracouiensem pro executione Visitationis Sandomiriensis
relicti et detenti, eadem executio est agitata et sic iudicata.
Imprimis Definitorium per praesens Decretum decernit, Ut propter eius Scanda-
la excessus et propter non bonam Sandomiriae religiosam Vivendi rationem
exnunc ad arbitrium A. Rx P. Provincialis à divinis suspendatur, per Unam
Sebdomadam Vel ad Feriam quartam Maiorem de Cella sua pedem ne
efferat. à Feria quarta maiori incipiendo quousque Cracouiae detinebitur ad
Mensam portet; Feriis secunda quarta et sexta in pane et aqua ieiunet;
et post Sandomiriam pro familia mansurus pedester mittatur ibi autem
à divinis suspendatur et è Conventu pedem ne efferat ad arbitrium A. R.
Patris Provincialis.

Sessio die 2 Maii

Citatus Rx P. Alexius Myszanski pedester venturus pro praesenti die ad Videndum
exequi supra se executionem Visitationis Sandomir. personaliter comparuit contra
quem, in Definitorio depositionibus detecti et ad eas singula puncta rationibus et
iustificationibus auditis prius, tale Decretum est factum. Ut propterea quod se im-
modeste gesserit, in iram proceps ex qua inconvenientia emanabant fuerit in Fra-
trem Albertum Diaconum manus violentas iniecerit Ut tribus diebus per
Unam Sebdomadam in pane et aqua ieiunet vel etiam haec tria ieiunia in
tres disciplinas commutet. et per eandem Unam Sebdomadam ad Mensam por-
tet, amplius Sandomiriam ad habitandum non revertatur sed mansurus pro fa-
milia Cracouiae detineatur. Quod vero in Regestris suis Dispensatoriis perce-
ptum de die non adnotaverit et alia contraria relatis et iustificationi Rx
P. Joannis Chrysostomi Zedowicz in Capitulo Provinciali electi Praepositi Sandomir.
retulerit Causa haec cum Decreto pro alio tempore pro quo ambo comparebunt
differtur. In eadem Sessione conclusum est Ut ad Conventum Sandomir.

R. P. Blasius Brzozowski mittatur ibique Hospitale administret et pro Festis concionetur prout per praesens Mandatum deputatur.

Sessio die 28 Aprilis

A. R. P. Provincialis proposuit in Definitorio post aliquos dies Sandomiriam venturum R. P. Florianum, et in eius locum petere A. R. P. Praepositum Sandomiriensem ut alius substituatur et Sandomiriam mittatur, et decretum est ut nemo relegatur ne in sustentatione multorum Fratrum A. R. P. Praepositus Sandomiriensis gravetur.

Sessio die 5. Junii

Citatus R. P. Florianus Zdziarski pro executione Visitationis Sandomiriensis comparuit contra quem sic est decretum ut per unam hebdomadam se in cella contineat ad divinum officium prandium et coenam tantum exeat et Choro semper adsit, vinum per unum quartale non bibat nisi tempore communis mensae, excepta necessitate valetudinis idque cum licentia expressa A. R. P. Provincialis, et insuper septem Psalmos Poenitentiales septies recitabit.

Contra alios qui de Conventu Sandomiriensi ad Definitorium pro executione Visitationis suae non sunt citati sic est decretum. R. P. Albertus Stezicius sub obedientia sancta ut nunquam tabacum audeat recipere, tria Sacra pro peccatis absolvat et bis septem Psalmos Poenitentiales recitet.

Fr. Albertus Rogowski Diaconus ut sub nullo praetextu ad Mensatorem et ad Hospitale pedem inferre commorari et colloqui ibi sub poena per A. R. P. Praepositum Sandomiriensem infligenda audeat; et alio de Conventu sine expressa licentia sui Superioris non exeat.

Fr. Nicolaus Cocus laudatur et commendatur A. R. P. Praeposito ut in omnibus necessariis ei subveniat et ab aliquo praeiudicium ei inferri nullo modo patiatur.

Sic compositis rebus et ea quae erant laudanda laudatis ea vero quae erant digna reprehensione et punitione reprehensis et punitis finis executioni Visitationis Sandomiriensis factus est, insuper Admodum R. P. Provincialis cum Definitoribus qualiter a praesenti tempore usque ad futuram Visitationem Fratres in Conventu Sandomiriensi commorantes se gerere et vivere et qualem ordinem in omnibus tenere debeant Constitutiones in dorso quae sequitur formam compilaverunt et A. R. P. Praeposito Sandomiriensi ut ea adamussim observari curet remiserunt.

Cyprianus Calinski Monasteriorum Ordinis S. Spiritus in Saxia de Urbe per Regnum Poloniae Provincialis Magister, Conventus et Hospitalis Cracoviensis eiusdem Ordinis Praepositus.

A. R. P. Praeposito Sandomiriensi caeterisque Fratribus in Conventu eiusdem Ordinis nostri degentibus salutem et sinceram in Domino charitatem.

Ratio Officii nostri postulat ut in visitatione Conventuum Provinciae nostrae omnia et singula quidquid in illis agatur probe perspiciamus et si aliqua corrigenda viderimus corrigamus quae vero ad bonam gubernationem spectantia ordinanda animadverterimus ordinemus, ac per hoc universis Fratribus ad perfectionem maiorem et ferventiorem in spiritu renovationem pro paterno nostro in omnes amore et posse calcar addamus. Nos itaque rationi Officii nostri parentes, quibusdam iam praemissorum absolutis, insuper

Se cum cæteris Conventus sui Fratribus ad has Constitutiones conformari cupimus
et ea observanda districte præcipimus. Inprimis volumus ut.
In templo Officium divinum rite ordinate et religiose à Fratribus omnibus superpel-
liceis indutis peragatur, cui Rx P. Præpty diligenter ut invigilet serio iniungimus.
Missæ obligatoriæ omnes absolvantur et ut in illis absolvendis nulla negligentia fiat absol-
ventium Conscientiis committimus.
Matutinum Canonicum omnes quotidie in com̄i recitent, cui recitando Rx P. Præpty vesperi
vel mane tempus opportunum adinveniat.
In Hospli. rerum tam spiralium quam spabium diligentissima cura fiat
In Sacristia omnis suppellectilis omnem munditiem habere curent.
Libri in Bibliotheca ordinate dispositi iaceant et Inventarium eorum accurate sicut et Sa-
cristiæ habeatur.
Computa perceptarum et expensarum suarum omnes Officiales semper parata et ordinata ha-
beant ne tempore Visitationis futuræ in illos calculationibus aliquam moram protrahant.
Ad mensam secundum Regulam lectio et silentium observetur
Pueros à servitiis in Conttu nemo foveat exceptis ijs qui sunt Cantores id(?) tales sine quibus Chorus
decens fieri nequeat.
Ex his pueris nullus mensæ tempore prandii et cœnæ adsit exceptis duobus quorum unus
legat alter serviat, reliqui extra Refectorium maneant.
Nemo Fratrum et eorum qui ad Mensam sederint speciatim cuipiam puero quidquam à mensa
porrigat, sed reliquiis Mensæ collectis pueris in com̄i distribuatur.
Tempore Mensæ ad prandium medium congii et ad cœnam itidem medium congii cerevisiæ sin-
gulis detur, iuxta morem Crac. Conty, et nihil amplius per diem.
Nullus sub quovis prætextu fœminas ad suas Cellas admittat sub pœna Excōis ipso facto in-
currenda, quod si necessitas urgens cum persona gravi colloquendi expostulaverit, non alibi
quam in Refectorio quivis cum socio hæc colloquia absolvat.
Rx P. Præpty omni studio incumbat ut tam ipse quam cæteri Frates tpe iudiciorum castrensium
et nundinarum aut quovis alio nullum hospitem hospitio in Monasterio sive in Cella sua si-
ve alibi excipiat.
Vesperi circa 24 horam Conty quotidie claudatur et clavem Rx P. Præpty pro nocte secum habeat.
Regulam Statuta Provincialia et hasce Constitutiones observent et in victu silentio observantia re-
gularium Statutorum ac omnibus alijs ad bonum regimen Domus spectantibus Conttui Crac.
se conforment, quod ut præstent Rx P. Præpto serio iniungimus ut in omnibus punctis Corā
ad amussim observari curet contra ea delinquentes puniendo et in omni administratione
Conty sui semper præ oculis Deum præpotentem habendo.
Insuper volumus omnes scire in futura Visitatione se ex hisce hanum Constitutionum punctis
præcipue et exquisite examinandos, et rationem sufficientem ex eis singulos reddituros.
Et hæc sunt Frates in Dño charissimi quæ ex Visitatione ad meliorem gubernationem
Conty vestri necessaria esse iudicavimus. Nunc per præsentes hortamur et mandamus
ut omnes in charitate non ficta Deo vero servientes sic se gerant ut non correctione
sed laude digni ab omnibus habeamini et patriam Regni cœlestis assequi et possidere
mereamini

PROCESSUS

Visitationis in Contu Calisiensi per A. R. P. Provincialem Monasteriorum Ordinis S. Spus in Saxia de Urbe per Regnum Poloniae, et Contus ac Hosplis Cracov. Praepositum Cyprianum Calinski institutus sub Praepositura A. R. P. Raphaelis Jablonski Praepti Calisiensis

Sessio Prima die 6 Novembris. Anno 1635

Dato signo per pulsum Campanellae pro Caplo et congregatis Fribus et habita praefatione ad illos A. R. P. Provincialis proposuit eis se velle visitare eos prout ex offo suo Provinciali tenetur. Cui propositioni non renuerunt sed acceptarunt. Finita praesenti Sessione privatim A. R. P. Provincialis singulos prout moris est de regimine Contus oi examinavit per dies quatuor.

Sessio Secunda die 10 Novembris.

Quod erat laude dignum A. R. P. Provincialis collaudavit quod vituperone vituperavit et punivit deinde Chartam visitationis suae Cracoviae quam citissime promisit se eis transmissurum. ac ut ad meliorem formam A. R. P. Praepts Calisiensis sua computa redigat mandavit de quibus pro praesenti tpe non quietat.

Et quia in principio sui triennii iuramentum fidelis administrationis Praepturae Calisiensis non praestiterit in praesenti Sessione in hanc formam praestitit

Ego Raphael Jablonski Magister Contus et Hosplis Calisiens. Ord. S. Spus Promitto Oipotenti Deo et B. MARIAE Virgini cum omnibus Sanctis quod negotia Domus et Hosplis istius fideliter tractabo et curam geram Dominorum meorum Pauperum reddituus tam Contus quam Hosplis non minuam sed pro posse defendam et augebo illosque non aliter nec alias quam sunt ordinati distribuam neque quidquam de illis tam pro me quam quibusvis alys personis indebite tradam aut observabo Sic me Deus adiuvet et hoc Sacrosanctum Evangelium.

In eadem Sessione datum est privilegium Nobili Zophiae Biaskowska super domunculam trans portam Contus et penes Hospitale in contiguo sitam pro cuius admi... talitate dederat antea A. R. P. Praepto Calisiens. Raphaeli Jablonski centum florenos polonicales.

PROCESSVS

Visitationis in Conuentu Sandomiriensi per A.R.P. Prouincialem Monnos Ord. S. Spus in Saxia de Vrbe per Regnum Poloniæ, et Conts ac Hosplis Cracov. Præpositum Cyprianum Calinski institutus, sub Præpositura A.R.P. Valeriani Stolecki. Prapti Sandomiriensis.

Sessio Prima die 12 Januarii.

Anno Domini 163 sexto.

Fundata est iurisdictio nemine contradicente. Post singulos de regimine Domus examinauit et Fratrum moribus per dies quatuor Computa Officialium reuidit et adnotauit

Sessio Secunda die 16 Januarii

A.R. P. Prouincialis laudanda collaudauit et vituperanda vituperauit et puniuit et Chartam Visitationis suæ Cracouiæ quam citissime se ad Conuentum Sandomir. transmissurum promisit Cuius Chartæ puncta Capitularibus prælegi modo fecit. In eadem Sessione A.R.P. Præpts Sandomir. dixit se apud Plebanum Maminensem fuisse et ab eo impetrasse ut loco Offici B.M.V. in templo nro Sandomir decantari solito et ab eo fundati possint Fratres si illis placuerit Horas Canonicas cantare, pro cuius rei attestatione et impetrationis confirmatione in scriptis Consensum A.R.P. Decani Maminensis ostendit, Hunc consensum A.R.P. Prouincialis ad Acta A.R.P. Officialis Sandomir. sub pœna exciis eum ingrossare iussit

Eidem A.R.P. Præpto Sandomir. mandauit ut fores claustrales post primam noctis nunquam aperiantur Illi prouideat quas ut claudat aperiat et clauem penes se semper retineat nec Illi post primam noctis aperiat. Fr Nicepus posito instituit R. P. Francisco Confessiones audire et Sacrum ad altare Misericordiæ ad Venerabilem Superioris celebrare prohibuit.

Sessio Definitorii 18 Februarii

Pro meliori regimine Conts Sandomiriensis instructio per Chartam Visitationis ad eundem Conuentum Sandomir. est transmissa Cuius puncta quæ sequuntur eiusmodi sunt

Cyprianus Calinski Monnos Ordinis S. Spiritus etc. etc.

Universis et singulis Religiosis ac Rndis Patribus Fratribus Conventus Sandomiri Ordinis nostri diuinam benedictionem et paternam in Christo Charitatem. Anno currenti 1636. Mense Januario Conventum vestrum cum visitauerimus et Rmi praepotentis suffragante gratia Sanc. visitationem vestri quantum vires nostrae ferre valebant exitu optato concluserimus, pro complemento quod ad regimen Conventus Sandomiri conducere videbatur, sequentia vobis puncta obseruanda decernimus et seno mandamus. Inprimis.

Nemo in Capella B. Mariae V. audeat celebrare propter euidens periculum ruinae, et indebite collocatum altare portatile.

In tumba Maioris altaris praeparet oleorum sacrorum sacrarium.

Ad decantandum diuinum Officium induti superpelliceis sine veste exteriori veniant.

Primum sacrum ad maius altare semper celebretur.

Dum expositum fuerit venerabile Sacramentum consequenter ante illud quantum tempus postulauerint sacra celebrent.

A R. P. Praepositus in quantum fieri possit in Claustro permaneat, et non se passim absentet a celebratione Missae, sed piis operibus Fratribus exemplo praeluceat.

Refectorii fenestras clauis fortiter ne possint aperiri obfirmet.

Cameram seu Cellam ad locum custodiae regularis pro delictis Fratrum deputet.

Nemo Fratrum sine licentia Superioris et socio ab eodem assignato ullibi exeat sub poena custodiae trium dierum.

Post signum silentii in claustro omnes sint praesentes sub poena carceris seu custodiae trium dierum contra delinquentes et suspensionis a diuinis totidem nisi id exequatur contra Superiorem.

Claustrum post silentium sine ulla cunctatione claudatur.

Carbonarum eorumque Eleemosynarum omnino decernimus quam fideli et aequali P. sacristiae sub onere Conscientiae distribuant.

Nullus omnino aliquem hospitem aut puerum sine expressa licentia Superioris in Conventus cella recipere aut pernoctare audeat sub poena carceris seu custodiae quinque dierum.

Capitulum saltem bis in Mense quouis celebret sub poena suspensionis a diuinis duarum hebdomadarum.

Puncta visitationis praeteritae in omnibus obseruent tribus punctis mitigatis X de receptione hospitum XII de pueris in Refectorio tempore prandii adstantibus XIV de distribuenda Fratribus eleemosyna.

Omnes Officiales singularia computa censuum et omnium quae concernunt Conventum perceptarum et expensarum distincta habeant.

Summam debitorum trecentorum florenorum a D. Podleski et ducentorum a H. Kadianski quinquaginta a Obiwacki A R. P. Praepositus exigat et excerpat.

Annus 1689

Actum die Lunae quae fuit tertia Januarii.

A. R. P. Proulis exposuit Capitularibus ad hanc diem per intimationes convocatis Causam Hospitalis Crac. Vett. quod Illmus ac Rndssmus D. Epus Crac. Jacobus Zadzik, ex Villa Kromodza expostulat et iam ordinaverit dari a Conv. Crac. Hospli panes sufficientes et cognitionem bonorum Conv. et Hosplis sibi reservaverit prout in eius patet Ordinationibus. Et in praesenti Caplo Calculatores ad Computa facienda sunt destinati septem seniores,

Actum die Martis quae fuit Quarta Januarii

A. R. P. Proulis proposuit num pro ipsis panibus sufficientibus aliqua legumina aut pecunia concedenda sit Hospli, circa quam propositionem nihil conclusum hodie

Actum die Mercurii quae fuit Quinta Januarii

NB. Capitulares mature considerantes professionem ob quam pauperibus infirmis caritatem praestare tenentur quamvis suam provisionem tenuem videant tamen constituerunt Hospli concedere pro sustentatione pauperum infirmorum. Siliginis modios trecentos pro panibus conficiendis, Polentae Hordeaceae modios quinquaginta. Ciceris vel milii aut alterius generis pulmenti modios quinquaginta. Avenaceae pultis modios quinquaginta, Cerevisiae qualibet septimana per unum Dolium constans 60 congiis. Butyri qualibet Quartuali per duas Orculas Caseorum qualibet Quartuali per unam sexagenam. Suculas duas pro festo Paschatis pernarum causa. Vitellos qualibet Quartuali quatuor. Olerum quantum superent extra necessitatem Conv. et praedii. lini viginti vel triginta plus vel minus, idque totum concedere decreverunt qualibet anno exceptis illis quibus casus fortuiti extremi acciderint

A. R. P. Proulis conquestus est contra Fres quosdam quod incusent quasi ille Provisorem Hosplis [illegible] expedierit

Actum die Veneris quae fuit Septima Januarii.

Propositum est quod pauperes in Hospitali Nostro nihil habeant quod manducent, nec sint ligna pro necessitate foci et fornacum et Consules Cracovienses nihil habeant, Provisores nulli existent nec quidquam suppeditent et decretum Ut Pr Severinus adeat Adm. Rndum Dnum Zdziarski significaturus ei haec omnia praeterea quod Conventus quantum poterunt paratus sit eos iuvare tantum si fieri possit ut census Hospitalis possit etiam exigere.

Item R.P. Definitores deputati sunt ad Conscribendam Ordinationem Mensae Fratrum, quot fercula singulis diebus et quot parari debeant Dispensator et Thesaurarius calculationes faciat singulis diebus Sabbatinis coram P. Definitoribus et Factor singulis Quartalibus Pr Stanislaus in Sacristanum Cracoviensem destinatus ita tamen ut prius inventarium omnium rerum habeat.

Anno et die quo supra Ego Pr Alexius Mszanski Conscribendus ad [illegible] infrascriptas deputatus a Capitulo Provinciali. Notum facio Quia Adm Rndus Pr Albinus Komorowski S.Th. Doctor in eodem Capitulo Provinciali praesentavit Commissionem ab Illmo et Rndssmo Dno Stephano Vaio Epo Cyrenensi totius Ordinis Sti Spus Generali Magistro de et super cognoscendis certis summis Conventus Sandomiriensis per varios Praepositos illius loci distractis expeditam, quam omnes in Capitulo Provinciali congregati in omnibus punctis et clausulis approbando confirmarunt prout de facto approbaverunt et admiserunt. Cuius quidem Commissionis Tenor qui sequitur talis.

Stephanus Vaius DEI et Aplicae Sedis Gratia Episcopus Cyrenensis Sacri Aplici Archihospitalis S. Spus in Saxia de Urbe Praeceptor eiusdemque S. Spus totius Ordinis Generalis Magister. Dilectis Nobis in Christo RR. Provinciali et

Conventualibus, Praepositis Viceprepositis, Definitoribus caeterisque dicti nostri Ordinis Fribus in Regno Poloniae commorantibus ac universis et singulis praesentes inspecturis salutem in eo qui est vera salus.
Pro nostro Generalis Ministerii munere paternaque charitate, quâ inter caeteras dicti Ordinis Provincias Polonam prosequimur, quacunque ad illius Frum faelices progressus directionum salutaremque tranquillitatem conducunt instituere nitimur atque studemus. Nam idcirco Provincialatus Officium sexennio duraturum decrevimus, ut frequenti mutatione remotâ ab animis Frum ansam regiminis ambiendi seditiones excitandi factiones et practicas exercendi renovaremus, ipsumque modernum Provincialem Visitatorem et Vicarium nostrum deputavimus Generalem ut eo facilius incrementa Religionis procuret quo maiori authoritate fulcitur. Constitutiones item multiplices et varias ad pauciores easque suaviores haud mediocri labore redegimus ut ad illarum observantiam alacriores nostri Religiosi reddantur. Sed ne interim praestantium absque debitâ provisione deserere videamur, piorum benefactorum voluntates piosque circa Divini cultus augmentum disponentium integraliter executioni mandare, ac Sacrae paginae et Philosophiae studium quo Religionis dignitas ac utilitas accrescat consulere et providere, Spiritus Sancti nobis adspirante gratiâ cupientes Dilectum Nobis in Christo R. P. Frem Albinum Romonovicz eiusdem Ordinis Professorem Sacrae Theologiae Doctorem nostrum Commissarium et Generalem delegatum auctoritate nostra ordinariâ ac vigore privilegiorum a Romanis Pontificibus Archihospitali et ordini praefatis Nobisque tanquam illorum quacumque et Generali Ministro concessorum omnique alio meliori modo, viâ, iure, causâ, et formâ quibus validius et efficacius possumus et valemus. Tenore praesentium eligimus facimus constituimus et deputamus cum plena libera et omnimoda facultate authoritate et potestate cum assistentiâ tamen et consilio et assensu unius personae in Ecclesiasticâ dignitate constitutae per Praepositum Provincialem et Definitores praefatos eligendae et nominandae eidem Frem Albino pro Iudice Assessore in infradicendum deputandae in eo super omnibus et singulis rerum bonorum et pecuniarum summis quantitatibus et qualitatibus Conventui et Hospitali nostro Regularis Spiritus Sancti in Civitate Sendomiriensi Crac. Dioecesis existentem per quasvis personas donatis legatis seu relictis et signanter super decem circiter millibus florenorum polonicalium a bo. me. R. D. Stanislao Ruszkowicz Plebano Maninensi Dno Lucâ

Stamoszewski

Samsonski et D. Milewski nec non ab honesta muliere D. Stogniewowa Cive Sandomirien in diversis summis et sub variis Missarum et Officiorum oneribus donatis seu legatis ac alterius incerta summa Krzeleo D. Skatorski in dto Hospli defuncti relicta a quibus Praepositis et Fribus alysque personis etiam extra dictum Ordinem ingrediendi cognoscen et revideri an huiusmodi summa in censu bene et secure fundatae ac fundi fer tor investitae fuerint et sint certumque emolumentum reddant annuatim pro dictis oneribus supportandis caeteraque per dictos Benefactores disposita exequuta sint et exequantur contra Praepositos et Fres praedictos qui summas huiusmodi indebite distraxerunt vel alias in praemissis quomodocunque deliquerunt et delinquunt vel suspecti desuper habentur civiliter criminaliter et mixtim procedendi causas et processus instituendi et formandi ac fine debito terminandi reos et delinquentes prout iuris fuerit condemnandi et puniendi usque ad realem et effectivam dictarum summarum in integrum restitutionem et condignam satisfactionem eaque habita et facta condemnatos absolvendi Decreta ac sententias desuper condendi interponendi et ferendi illaque et illas exequutioni demandari faciendi Notarium singulis praemissis deputandi illumque mutandi aliumque in eius locum subrogandi. Insuper a Praepositis Factoribus Sacristis et alys Officialibus qui tam dictas summas quam alia bona Conventuum dictae Provinciae quandocunque administrarunt Computa et rationes suarum administrationum revidendi calculandi et saldandi debitores repertos quoscunque et male administrationis reos ad satisfaciendum iuris et facti adhibitis remedys opportunis cogendi et compellendi satisdantibus vero quittantias publicas et privatas faciendi. Et tam contra Fres nros nris mandatis inobedientes rebelles et contumaces quam etiam contra personas tam saeculares et Ecclesiasticas quam cuiusvis alterius instituti; Recessionum ab Illmo et Rmo Dno Episcopo Cracovien implorandi et obtinendi quam Illmum et Rmum Dnum Episcopum enixe obsecramus in Dno ut pro sua humanitate et innata benignitate canonis tam piis adesse favere suaque protectionis et patrocinij remedium efficaciter praebere dignetur. Eidem etiam P. Albino committimus et delegamus quatenus de Praepositi Provincialis ac Definitorum

Præfatorum consilio et assensu Fres tam Novitios et Laicos quam in Minis: et in sac:
etiam Presbyteratus ordinibus constitutos habiles et idoneos ad studium Philosophiæ
et Theologiæ eligat et secernat quibus ipse P. F. Albinus vel eo impedito alius
ab eodem vel Provinciali Præposito deputandus singulis diebus per unam horam ma
ne de S. Theolo: et per alteram horam vespere de Philosophia lectiones ha
beat. Mandantes Fribus et præsertim electis in virtute S. obedientiæ quatenus
lectionibus huiusmodi quotidie nisi legitime fuerint impediti interesse dictoque P. F. Albino
tanquam lectori Mro et regenti in omnibus et per omnia studia huiusmodi [illegible]
concernentia parere omnino debeant et teneantur alioquin pœnas quas contra inobe
dientes infligemus ratas habebimus. Volumus etiam ut eidem P. F. Albino in ipso
studio instituendo et promovendo Præpositi Provinciales et Definitores moderni
et pro tempore existentes assistant illumque nullo modo perturbari aut molestari per
mittant neque illum ab huiusmodi officio Nobis vel successoribus nris inconsultis nul
latenus audeant amovere. In quorum omnium et singulorum fidem præsentes
manu propria subscripsimus et per infrascriptum nrum Secretarium sub nro consueto si
gillo impressimus expediri. Dat. Romæ ex domo Archihospitali nro anno Dni
Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Octavo Indictione Sexta die vero xxv Mensis Aprilis
Pontificatus Smi Dni Decimo quinto. Præsentibus RR. Fribus Alphonso Perangelo Romano
et Josepho Calixto a Monte Georgio Firmanæ diœcesis dicti Ordinis sacerdotibus
Professis testibus ad præmissa omnia et singula vocatis habitis specialiter atque rogatis
in Chro Pris et Dni nri Dni Urbani divina providentia PP. Octavi Anno eius decimo quinto

Stephanus Vaius Episcopus Cyrenen. Præceptor ac Generalis Mror

Actum Sabbatho quod fuit Octava Januarii

In præsenti Caplo oblata est supplicatio a pauperibus Nri Hosplis
quod lignis et cibo careant ita ut mori ob inopiam debeant
Mot. misericordia Capitulares destinauerunt Frem Laurentium Bu
lobinski ut ligna pro Hospli procuret et ne fame pauperes pe
reant eis provideat. [redacted]
Ad Illmum ac Rdissimum Dnum Epum [illegible] præfectum destinati sunt
duo Pres videlicet Pr Andreas Præpositus Sandomiriensis et Pr Valerianus
qui nomine Capli necessitatem et inopiam Hosplis et Conventus sciant

ac quod Conty consistuerit de bonis suis quae ad praesens possidet et administrat omnibus certam quotam Hospitali tribuendam renunciant

Constitutum ut singulis diebus primum sacrum celebret de Spiritu Sancto pro felici gubernio Provinciae nostrae Poloniae et omnes Patres ad sonum Campanae quae dicitur Pro pace vesperi ad Ecclesiam conveniant et ibi Litanias recitent cui Rev. Dicepraepositus invigilabit

Anno quo supra die 25 Januarii in Conventu Sandomiriensi per A.R.P. Provincialem Cyprianum Calinski Visitatio instituta et feliciter per aliquot dies absoluta. In qua hoc principale actum est.

Quod A.R.P. Provincialis advertendo quod summa principalis mille florenorum Hospitali Sandomiriensi inscripta quinque circiter abhinc annis fuerit pro fabrica Conty expensa et successive fructi et census ab ea summa quotannis solvi soliti et debiti Hospitale ad privatum. Quingentos florenos propria industria ac quaestos ad censum reemptionalem eidem Hospitali Sandomiriensi applicavit et R.P. Praepositus Sandomiriensis Andreas Plansk de Consensu Capitularium alios quingentos florenos ex proventibus Conty Sandomiriensis collectos se daturum ad censum reemptionalem in locum summae Hospitalis a se distractae promisit prout in effectu tam A.R.P. Provincialis quam R.P. Praepositus Sandomiriensis dederunt et in censum reemptionalem Generoso Dno Czarnecki locaverunt et Hospitali Sandomiriensi mille florenos Golanowianos inscripserant ut in posterum census horum mille florenorum in utilitatem Hospitalis cedat constituerunt.

F Generoso Dno Golanowski

Acta Capituli Prouin: cialis in anno Domini 1637. in Conuentu Cracouien. Ordinis S[an]cti Spiritus de Saxia celebrati.

Die 22. Junij Sessio Prima

Postquam Praepositura Ord. S[an]cti Sp[irit]us de Saxia Con[uen]tus Crac. post expirationem triennij vacare coepisset: tempusq[ue] celebrandi Capituli iuxta tempus in praeterito Capitulo Pro: uinciali de Anno D[omi]ni 1634 celebrati praefixum instaret. Adm. R[euere]ndus P[ate]r Prouincialis praeteriti triennii cum Defini: toribus ad alios Con[uen]tus Prouinciae huius intimationibus per literas patentes missis, Praep[osi]tos et Officiales conuo: care fecit. Quibus sic ad diem assignatam congregatis die 22 Junij principium Capitulo dederunt. Et in primis SS: Missae Officium de S. Spiritu absoluerunt, cui o[mn]es P[at]res et Fres frequentes adfuerunt. Postea per sonum Campanae ad locum Capituli soli Actu Presbyteri conuocati, qui fu: erunt Numero 15. videl[ice]t. RR. PP. Cyprianus Calinski Laurentius Buklinski, Hyacinthus Sobocki, Andreas Banski, Florianus Zdziarski, Bartholomaeus Sarnowski Casimirus Gromeius, Seuerinus Mankiewicz. Enoch Lisko: nius, Alexius Misanski. Christopherus Zarecensis. Blasi: us Brzozowichi, Blasius Rosinski, Dionysius Belickij Martinus Jerzykowicz. Ubi Adm. R. P. praeteritus Prouincialis exhortationem ad P[at]res habuit, in qua o: mnes ad concordiam et mutuam pacem inter se fouendam est cohortatus.

His itaq[ue] peractis R. P[ate]r Laurentius exhibuit literas ab Ill[ustrissi]mo et R[euerendi]ss[i]mo Gn[er]ali missas, et per P. Albinum Komoro: wiensem in aliis negotiis Con[uen]tus Romam missum, in fauorem vni: us personae, in praeiudicium vero totius Prouinciae expeditas.

in quibus prorogatio Præpturæ et Provincialatus ad Sex annos tam præteriti triennij Præpto, quam etiam in futurum eligendo prorogabatur. Quas mihi Notario Capituli legendas tradidit. Quarum quidem literarum tenor sequitur talis.

Stephanus Vaius Electus Epus Grenonen̄ Sacri Aplici Archihospitalis Sti Spūs in Saxia de Vrbe Præceptor ac totius Ordis eiusdem S. Spūs Generalis Magister, Adm Rndo Pri Præpto Contus nri Regularis S. Spūs Civitatis Cracovien̄ Provinciali dicti Ordinis in Regno Poloniæ ac RR. PP. eiusdem Contus Definitoribus cæterisque Fribus eiusdem Ordinis Professis in huiusmodi Regno degentibus. Salutem in Dno Sempiternam et ipsius Almi Paracleti consolationem. Cupientes quantum nobis ex alto conceditur istius Polonæ Provinciæ felici gubernio ac Spiritualibus incrementis vestrumque omnium quos in visceribus paternæ gerimus dilectionis animarum saluti et tranquillitati consulere, de RR. PP. Vocalium nræ Religionis ac P. Fris Albini Komorowics vestri Procuratoris unanimi voto et consensu hac perpetuo valitura constitutione decernimus et declaramus, Quod tam moderni electi quam in posterum Præpti et Provincialis eligendi officium Sex annis continuis durare debeat. Quoniam vero in XI et sequenti Regulæ capite ea præscribitur ieiunij et carnium esus norma quæ nimis in huiusmodi Provincia difficile servare valetis Idcirco salvis ieiunijs ex præcepto Stæ Matris Ecclesiæ iuxta morem istius regni servandis, necnon Ferijs 6tæ totius anni et a prima Dominica Adventus usque ad Nativitatem Dni, in reliquis ad Capitum continentis vobiscum in Dno dispensamus, Et insuper prout ex fida relatione percepimus diversi Provinciæ huiusmodi Visitatores quam plurimas Constitutiones in quibus contra transgressores nonnullas Excoīs et aliarum Ecclesiasticarum Censurarum pœnas comminantur sive etiam infligunt quæ nondum a nobis seu nris Prædecessoribus confirmatæ, et forsan absque consueta Ecclesiæ benignitate nræque Religionis suavitate condidere. Quare Nos pro cuiusque vrum conscientiæ quiete ac Spirituali Consolatione cuilibet ex personis et Fribus præfatis qui forsan in pœnas ut præmittitur comminatas vel inflictas incurrerint indulgemus, ut a quolibet ex Confessarijs in Conventibus dicti Ordinis deputatis super Censuris et transgressionibus

praefatarum Constitutionum quomodolibet incursis absolutionis beneficium Sacramentaliter valeant obtinere. Mandamus tamen Praep̄to ac Diffinitoribus praedictis ut huiusmodi Constitutionum transumpta infra trimestre a die praesentium receptione currenti nobis transmisisse procurent, quatenus superfluis resecatis selectiores faciliorsque servandas remittamus. Quo interim Censuras oēs in eis contentas suspēdimus, illis alias in suo robore permansuris. Datū Romae ex dicto Archihospitali nrō Anno Dn̄i 1637 Indictione V die vero 2a Mensis Aprilis. Pontificatus autem SSmi D: N Urbani Divina providentia Papae Octavi Anno eius 14. Stephanus Vanus Praeceptor S: Spus ac totius ordis Mgr Gnalis. Fr Dominicus Rosinus Secrius.

Huiusmodi literis perlectis, quaesitum a Capitularibus an iis obtemperare vellent. Et omnes unanimi voce responderunt nequaquam se hoc puncto, in quo prorogatio Provincialis et Praepti ad Sexennium decernitur, consentire, tum ideo quod hae literae ad malam informationem unius, et sine scitu Capituli ab Illmo obtentae et expeditae fuerint, tum quod consuetudini receptae, et apud aliorum Conventuum Religiosos observatae, insuper et ipsis Constitutionibus per Illmum et Rndssmum olim Franciscum Simonetam Nuntium Aplicum in Visitatione Conventus Cracꝭ ordinatis, quas hucusque in maxima veneratione et observatione habuerunt, contrariae sint, in quibus id expresse praecipitur ut electio Provincialis singulis triennis fiat. Orta igitur hac controversia ulterius hac die procedere noluerunt, sed spatium deliberandi petierunt. Quo obtento reliquum diei in consiliis capiundis consumpserunt.

Sessio Secunda 23. Junij

Prēs ad Capitulum celebrandū congregati, matura inter se facta deliberatione, ad sopiendam hesternam controversiam, hoc consilium inierunt, uti duos e medio sui ad Adm R: P: Provincialē mitterent rogatum, ut huiusmodi literis in praeiudicium ipsorum impetratis renunciare et occasionem ulterioribus discordiis praescindere vellet. Missi itaqꝫ RR PP: Rayskovel Jablonski et Florianus Zebiarski retulerunt, Adm R: P: Provincialem votis et precibus Frum condescendere et propter bonum pacis praedictis literis renunciare velle. Prout et fecit, nam veniens ad Capitulum Fratribus publice in favorem eorum (salva in omnibus authoritate Illmi) renunciavit praedictis literis, electionemqꝫ novi Provincialis voluntati eorum permisit. Cui gratiis actis statim ad electionem Prō:

sidentis qui Capitulo Provinciali praeesset iuxta reformationes Francisci Simonetae accesserunt. Itaque per Adm R. Pem Provincialem peracti triennii et Definitores et unum de medio Frum ad id deputatum in Praesidentem Capituli electus e R. Pr Severinus Mankiewicz. Is postquam officium accepisset, R. Pr Cyprianus Provincialatum et Prioratum Crac. in manibus eius resignavit, et sigilla Contus Crac. reddidit. Inprimis itaque visum e R. P. Praesidenti ut calculationes Priorum et aliorum officialium quantocius expedirentur, ad quas audiendas destinati sunt RR. PP. Andreas Banski, Florianus Zdziwski, Alexius Mstanski et Christophorus Zawski, qui statim eo die operi manum admoverunt. Adm vero Pr Praesidens puncta quae dari tempore Capituli observanda interim consilii mandavit quae fuerunt huiusmodi

Puncta durante Capitulo Provinciali obseruanda per A. R. P. Praesidentem conscripta et proposita.

1 Inprimis Sacerdotes oes (nisi fuerint legitime impediti) Missas quotidie celebrabunt pro bono successu Capituli a Dno exorantes. Iuniores vero Fres Coronas B. Mariae Virginis ad eandem intentionem quotidie recitabunt.

2 Divinum Officium in Choro more consueto absoluent, mature tamen quo commodius de negotiis domus tractare possint

3 Nemo audeat sine Adm R P. Praesidentis septa Monrij egredi et ad Urbem nisi cum Socio sibi assignato, et sine mora domum revertantur.

4 Tumultus et rixas per Contum non excitentur, sed oes in quiete se contineant sub poena carceris

5 Secreta Capituli nulli externorum audeant revelare

6 Conventicula et Conspirationes in Electionibus faciendis non audeant facere sub poenis contra tales sancitis

7 Vesperi postquam signum in dormitorio datum fuerit oes ad Cellas suas sese conferant, et in eis nullas audeant facere Compotationes et ebrietates sub poenis arbitrariis

8 Mane signo dato ad Capitulum in decenti habitu veniant.

9 In Capitulo unusquisque in loco suo maneat, et cum omni modestia affabilitate et reverentia prout decet Religiosos, quid in una quaque re proposita visum fuerit respondeat, contentiones quae maximam solent parere confusionem vitando.

10 Insuper id oēs præ oculis habeant et eum Scopum huius Capituli Provincialis esse sciant, ut oia nra dicta factave cedant ad Maiorem Dei omnipotentis gloriam, Religionis Stæ incrementum, nostrum omnium salutem.

Puncta prædicta appensa et publicata fuerunt in Dormitorio per me [illegible] [illegible] Capituli Notarium.

Sessio Tertia die 24. Junij

In præsenti Capitulo ad audiendum calculum deputati referebant Adm R.P. Præsidenti et Capitularibus quid in uniusqz Regestris dignum notatu observaverunt,

Ibidem Fr Martinus [illegible] petiit, ut [illegible] de administratione sua quietationem obtinere posset, sed quietatio eius ex causis certis ad novum Provincialem reiecta. Similiter R.P. Andreas [illegible] Factoris et R.P. Valeriani [illegible] Propti Sandomiriensis quietatio ad futurum Provincialem dilata

Rndus vero Pr Raphael Jablonski de administratione Præpositurae Calisiensis ex consensu omnium quietationē obtinuit similiter et R.P. Casimirus Gromeius de administratione [illegible] Biskupiciensis quietatus est.

Sessio Quarta die 25. Junij.

Adm R.P. Præsidens circa [illegible] Fratrum inquisitionem instituit, et eam per scrutinia secreta perfecit, qua peracta, executionem statim fecit iniuncta cuilibet privatim poenitentia secundum delicti mensuram

In eadem Sessione R.P. Blasius qui propter infirmitatem ad hodiernam diem cum suis rationibus remanserat, consentiente Capitulo ex administratione Hospitalis Sandomiriensis est quietatus

R: vero Pr Bartholomaeus Sacristanus Conventus Cracov. cum Inventariis ad novum Provincialem reiectus

Ibidem Adm R.P. Præsidens intimavit RR: PP: se crastina die [illegible] electionem Provincialis facere velle, cui oēs consenserunt.

Sessio Quinta die 26. Junij.

Adm R.Pr. Præsidens inprimis Missam Votivam de Sº Spu in Ecclesia eidem dicata celebravit, post convocatis per sonum Campanae Fratribus, aliquot verba præfatus eẽ, quibus oēs cohortatus est

ut sepositis privatis respectibus oēs eum eligerent quem secundum Deum et rectam conscientiam dignum hoc munere iudicarent.
Tandem vocatus est Publicus Notarius Nobilis Mgr Albertus Bolkowski, quo praesente per vota secreta in Provincialem Electus est Adm Rndus Pr Cyprianus Calski votis 13 et per publicum Notarium denunciatus, qui officium hoc statim acceptare noluit, sentiens se esse ad illud indignum et inhabilem, sed victus precibus fratrum, tandem acceptavit et divinae voluntati amplius contradicere noluit
Tum Definitores electi R. P. Severinus votis 16 et R P Laurentius votis 9
In Praepositum Conventus Sandominiensis a maiori parte Capituli praesente eodem Publico Notario electus est R. Pr Andreas Batski
Cubiculum vero iterum destinatus pro Praeposito illius domus R: Pr Raphael Jablonski
Reliquorum Officialium electio ad sequentem Sessionem dilata.

Sessio Sexta die 27. Juny.

Circa electionem reliquorum Officialium agitatum in praesenti Sessione utrum ii per Capitulum eligendi sint, an vero electio ipsorum novo Provinciali electo committenda. Et conclusum ut Factor Hospitalarius et Sacristanus eligerentur a Capitularibus, quod reliquos Officiales, ad libitum Adm R. P. Provinciali datum. Itaque ad Oeconomi seu Factoris officium obeundum destinatus est Pr Martinus.
Pro Thesaurario qui pecuniam ad commune servitium a Factore collectam reciperet electus Fr Alexius

Sessio Ultima 30. Juny.

In praesenti Sessione allatae sunt literae supplices, a Cmetonibus tam Villae Krowodrza quam et Villae Wronim, in quibus querimonias suas contra Factorem proponebant quod iniustis laboribus onerarentur, quod durius quam conveniret tractarentur
Sed hoc negotium commissum ē R. P. Provinciali
Similiter oblatae sunt literae a Dno Kaszynski, in quibus conquerebatur quod sibi non esset satisfactum in conditionibus vonae Lapideae Zapartowska Conventui Sandominiensi datae, sed et haec causa commissa ē R. P. Provinciali.
R: quoque Vicarii Viehvienses cum quibus controversia occaone decimarum Manipularium ex agris Advocatiae Viehviensis mota et agitata fuit et sententia tam in prima quam in 2da instantia in favorem

Contra lata et obtenta, sumptibus parcendo et controversiis ulterioribus viam praecludendo concordiam affectabant, sed quia causa hdc ad solum Conventum Cracoviensem spectabat, ideo Capitulo Cracoviensi fuit relicta.

Tandem assignatio reliquorum officialium praesertim pro Conventu Sandomiriensi facta est. Fr. Florianus pro Concionatore Sandomiriam destinatus. Pri Blasius Brzozowski Cura Hospitalis Sandomiriensis commissa. Fr. Dionysius concionator a Festis Sandomiriam.

Quibus peractis Admodum Rdus Pr Praesidens, Deo Opt: Maximo bonorum omnium datori pro felici Capituli successu gratias egit. tandem officium suum resignavit et Capitulo Provinciali finem imposuit.

Processus Visitationis

in Conuentu Sandomiriensi per Admodum Rndum Patrem Raphaelem Sablonski Ordinis Sti SPIRITUS Provincialem et Conuentus Cracouiensis Praepositum fact. Sub Praepositura R. Andreae Banski Anno Domini 1642. Sabbatho die 12 Julij

Sessio Prima

Adm Rndus Pr. Provincialis supra memoratus, ad Contum Sandomiriensem discendens, ante omnia Sacrum de S: Spiritu ante maius altare celebrauit, cui oes Fres eiusdem Contus adfuerunt. Videlicet R: Pr Andreas Banski Praepositus eiusdem loci. Pr Severinus Markiewicz Vicepraepositus et Concionator. Pr Albinus Komarowicz. Pr Franciscus Jaskiewicz. Pr Martinus Jasilkowski Hospitalarius. Fr Paulus Onlianowicz Sacristianus. Post absolutum Missae Sacrificium statim R: Pr Provincialis deposita casula SS: Eucharistiae Sacramentum cum incenso et cereis accensis visitauit, ubi hostias in pyxide minores circiter 20 reperit, sed et hostiam maiorem ex praeterito die Dominico relictam et nondum consumptam, cum dea Sacra et Ecclesiae altaria lustrauit, quae et praecedentibus respersa et neque tribus mappis ornata adinuenit, parietes quoque Ecclesiae pulveribus et telis araneearum obsitos vidit, insuper et alia Ecclesiae apparamenta satis lacera et neque cum debita munditie asseruari conspexit. — Post absolutam Ecclesiae Visitationem ad Domum Conuentualem descendit et Fribus per sonum Campanae capitularitur congregatis dictoque Hymno Veni Creator etc cum suo vocaliter collecta, factaque breui exhortatiuncula, se ad Visitationem Contus Sandomiriensis iuxta officij sui exigentiam aduenisse denunciauit Omnibus pro rato et grato id acceptantibus. Insuper oes et singulos monuit quatenus in virtute S: obedientiae fideliter et veraciter secundum quod unusquisque interrogatus fuerit, quidquid correctione et emendatione dignum iudicarint secluso omni priuato odio fauore, respectu, amore, deponerent, factaque per scrutinia secreta inquisitione de vita et moribus singulorum, de absoluendo diuino officio, de Missarum obligationibus, de administratione bonorum tam Contus quam Hospitalis, iisque quae scitu digna fuerant diligenter annotatis, executionem in aliam diem distulit.

Die Lunæ 14 Julij

Sessio Secunda

Contra depositiones, datus est unicuique privatim excusandi locus tum et postulata Fratrum examinata et trutinata, desuper de meliori domus et conventus illius regimine, ac ordinationum factarum observatione actum est. Reliquum temporis in revisione Bibliothecæ, ædificiorum, ac aliarum rerum consumptum est

Die Martis 15 Julij

Sessio Tertia

Tandem post expeditam inquisitionem ac revisionem domus Adm. R. P. Provincialis ad executionem visitationis suæ procedendo omnibus admonitionem salutarem dedit, et pro mensura delictorum unicuique pœnitentiam assignavit quam ex scripto cuilibet illorum publicare mandavit.

Et in primis ~~[illegible]~~ Fr̃i Francisco huiusmodi pœnitentia iniuncta.

Quandoquidem Fr Franciscus licet toties præmonitus fuerit et toties pœnitendam iniunctam propter suos excessus et scandala publica habuerit loco tamen emendationis in dies fit deterior et non solum status sacerdotalis sed et religiosæ vocationis oblitus adeo licentiose vivit ut merito iam pro incorrigibili condemnandus esset, ~~[illegible]~~ adhuc paterne cum illo procedere cupientes ac emendationis spem aliquam habentes hoc illi adhuc pœnitentiæ salutare remedium adhibeamus.

In primis ut per unum mensem integrum in cellario sub altari S: Annæ detineatur, ibidem Feria 2da quarta et 6ta in pane et aqua ieiunando. Præterea ad festa Natalis Dñi ab exercitio ordinis suspensus maneat. De censibus interea provenientibus cum aliis non participet sed eos R. P. Præpositus percipiat, in rem Ecclesiæ convertendos. Ad extremum habitationem non in hypocausto sed in cella quam Fr Præpositus designaverit habeat. Et interea in choro sit assiduus ad civitatem quocunque prætextu pedem non efferendo.

Fr Paulus qui non solum circa res Ecclesiæ quarum sibi cura demandata est supinæ negligentiæ vestigia reliquit, et cadavera fidelium e sepulchro Ecclesiæ sine consilio aliorum Fratrum minus caute eiicere ac eadem extra cœmeterium sepelire mandavit

+

per quod toti Conuentui apud extraneos magnam inuidiam com-
parauit; sed et in modestia Religiosa satis non religiose se
gerere compertus est, ideo eundem ad poenitentiam in carce-
ribus formalibus per duas hebdomadas peragendam deputamus
feria 2da 4ta et 6ta in pane et aqua ieiunando.

Fri etiam Martino propter nimiam in viuendo licentiam
et iniurias Fratribus exhibitas hanc poenitentiam iniungimus
Vt in Cella penes habitationem Pris Seuerini per duas hebdo-
madas inclusus maneat, et per vnam quidem nullibi exeundo
per alteram vero tantummodo ad persoluenda Officia Diuina
feria 2da 4ta et 6ta in pane et aqua ieiunando. Vinum et
crematum per idem tempus non bibendo.

R: Pr Seuerinus pro suis etiam negligentiis poenitentiam
hanc habebit. Vnam Missam pro peccatis et vnam Coronam
B: Mariae V: absoluet, et vnam Feriam 6tam in pane et
aqua ieiunabit

Adm R: Pri Gregorio nulla poenitentia assignata, sed totum
negotium reseruatur ad Definitorium proxima citatione.

His peractis pro Conclusione huius Visitationis Ordinatio-
nes quasdam ad regimen Domus huius necessarias reliquit
Quarum quidem tenor q sequitur talis

Fr Raphael Jablonski Ordinis Sti Spus per Regnum
Poloniae Prouincialis ac Conttus et Hosplis Crac. Praeptus
Omnibus et Singulis RR: ac Religiosis Fribus Conttus
Sandomiriensis Salutem et Spus Sti consolationem.

In Visitatione anni praeteriti Constitutiones quasdam ad regi-
men huius Domus necessarias conscripseramus, eas tamen vix
in vno vel altero puncto obseruari comperimus. Et quia frus-
tra leges conduntur nisi debitae executioni demandentur, ideo
Nos easdem Constitutiones (quarum tenorem hic pro expressis ha-
bere volumus) iterum reassumendo, Mandamus vobis in
virtute S: Obedientiae et sub Excois poena, quatenus eas obser-
uent, et ea quae nondum sunt ad effectum deducta deducant.

Et præsertim R: Pri Præposito id iterum inculcamus inprimis
Ut tecta omnia tam Templi quam Domus utriusque et præsertim
lapideæ reparentur, ne per hanc negligentiam maius damnum
Conventus postea patiatur.

Lapideæ domus illam partem quæ ruinam minatur sine ulla
mora reficiendam curet
Calcantiam quæ stillicidio obnoxia est de novo construat
Cum Aratore iure experiante ad quod negotium promovendum designatur R: Pr Martinus ut in hac causa omnem
adhibeat diligentiam
In communi hypocausto vulgo Refectorio hyeme calefaciat
Coctrix e Conventu omnino amoveatur nec ultra tres Menses eam
in Conventu tenere præsumant. Et ne amplius ulla fœmina
ad obsequia culinæ habeatur R: Pri Præposito sub pœna
suspensionis ipso facto incurrenda inhibemus. Datum in Conventu
Sandominiensi die 15 Julij Anno Dni 1642

Ad M. D: G. B: V. M. H:

Anno Dni 1651 Die 17 Aprilis quae fuit Feria secunda post Dnicam in Albis et fuit indicta ab Adm Rndo Dno Petro Saunier S. Th. D. Ordinis S. Spus de Saxia Romanae Domus professo et in Provincia Polonia Visitatore et Commissario, pro Caplo Prouli celebrando per scriptas intimationes dilatum fuit ad sequentem diem quia nondum Patres Sandomirienses venerant. Auditae sunt tamen rationes Praepositi Caltissiensis et Pre-bari Biskupiciensis

Actum Feria Tertia

Post solenne Sacrum de Spu Sancto et deinde Hymnum eodem in Aula Capli ac Exhortationem in qua ex Christi plagis sumpta est occasio proponendi ea vitia quibus maxime Provincia laborat, delectus est Secretarius primo, a quo lecta est capsula deputationis ab Illmo Dno Gnali Magistro facta supranominati Commissarii in Praesidentem Capli deinde factum ab eodem Decretum de Caplo tenendo sequentis

46

Post a R.P. Praepositis resignata sunt A R P Commissario Officii sui sigilla. Inquisitio facta est de citatione omnium Capitularium et causarum absentiae Praepositorum Sandomirien. et Stanislien. Nempe, febris tertianae illius et istius quartanae: Postea R.P. Factor Cracovien. incepit suum calculum

P. Post Meridiem

Continuata est calculatio

Actum Feria Quarta mane et sessione tertia

Lectae sunt Constitutiones ex pluribus Visitationibus collectae et ex Decretis Capitularibus, adiectis tamen et immutatis ab A.R.P. Visitatore aliquibus

Inquisitio facta est de iis quibus competebat ius Vocis passivae Cuius occasione lectum est Decretum Illmi Generalis Magistri tenoris subsequentis

Oppositum est contra Prem Gregorium Miglicki quod etiam activa Voce debeat cavere cum degat in Saeculari beneficio a pluribus annis, sed quia A R D Visitatori et Commissario constitit illum in multis alijs Capitulis suffragium dedisse et in penultimo fuisse Compraesidem et ab alijs etiam Commissarijs iudicatum fuisse ius illi tale competere, quod ex eo tempore nihil interuenerit in ea Causa noui, conclusit Visitator in ea possessione relinquendum. et nihilominus Ordinauit eidem Pri Gregorio et futuris Definitoribus ut super ea re ad Illmum scriberent. num velit diutius Prem illum tali licentia a Pecessore suo Illmo Stephano Vaio iampridem data. quae multis suspecta est inualiditatis. Nominati sunt aliquot passiuo suffragio ab A R D Commissario in poenitentiam priuati

Post meridiem.

Resumpta lectio Constitutionum et finita unanimi omnium approbatione   Lectum est Decretum ab A R D Visitatore dictatum contra Prouinciam Sandominicensem. quod Reuisores deputati ad illius recognoscenda Regestra. aliquot in illis

vitia deprehendissent. Ut nimirum audiatur in Definitorio et si quam debet satisfactionem expleat non sine poenitentia. Puncta autem quae ipsi opponuntur consignata sunt ab A R D Commissario sub sigillo, reservanda in Definitorio quando aderit et discutietur causa; Regestra eius pariter consignata sunt.

Fr. Praeposito sui percussori et alteri dilapidationum et licentiosioris vitae aliorumque reo indictae sunt poenae regulares.

Tandem denunciata est Electio et Vocalium numerus captatus est, exclusis qui sane privationem merebantur.

Actum Feria Quinta post Dominicam in Albis quae fuit dies 20 Aprilis et Quinta Sessione Capituli

Post Solemne de Spiritu Sancto sacrum et in loco Capituli eiusdem Almi Spiritus Hymnum, et exhortationem ab A R D. Commissario in verba ostendit latus et manus, appositis ad futuram actionem idem A R D Commissarius in proprietarios ut Regula iubet Excommunicationem tulit, post ad Cautelam Electionis legitimae absolutionem praesentibus impertiit, inde facta inquisitione an adessent Vocales omnes legitimi et excluso uno qui se contra Decretum intruserat. Scrutatores delecti sunt et ab iis rerogatae schedae distributae sunt ex iis quae post iuramentum, a singulis factum tacto Crucifixo data sunt suffragia, quae numerata, evoluta, et a Secretario pronuntiata et adnotata, Numero septendecim, inventa sunt, tredecim consentientia pro R. A. Pře Hiacintho Sobocki Unde AR Commissarius rogatis Gremialibus singulis, num in tali electione vitium aliquod agnoscerent ipsisque negantibus et approbantibus Unanimiter illum suo et adstantium nomine elegit et denunciavit Praepositum Provincialem, debitumque ei locum assignavit, Inde, pariformiter electi sunt duo Definitores Primus quidem Pr Raphael Jablonski Secundus Pr Sebastianus Pastkowicz. Electi sunt inde in Praepositum Sandomirien. R P. Antonius Zaporowicz in Callissiensem R P Cyprianus Cebinski in [illegible] R P Allingkonowicz. Cum autem interrogati Gremiales num Electi-

ones omnes agnoscerent legitime factas communi et uniformi accla-
matione approbassent ad templum S. Spus itum est, Ubi Cantato Hy-
mno Te Deum laudamus et orationibus ab A R P Commissario dictis
iuramentum Praepositi Provincialis except, illum amplexus est eique
resignavit Sedem in qua Considens statim omnium praesentium obe-
dientiam excepit

Hora pomeridiana Ultima Capli Sessio Salita est in qua primum
designati sunt Concionatores et alij Officiales Domorum deinde
subscriptae sunt ab omnibus Confessiones renovatae et A R P Com-
missarius hortatus est omnes ad renovationem regularis disciplinae
admonuit de paterno affectu et sollicitudine quam Illmus exhi-
buit Provinciae hortatus est ad charitatem et pacem, et oblivionem
aeternam querelarum accusationum et contentionum, earumque charitas
omnes et processus Denunciationes et alia in praeteritum curavit incendi
et tale Decretum pro clausula Capituli decreverit Cum non deceat
immortales esse hominum mortalium et brevi moriturorum querelas
et expediat earum vel ipsam aboleri memoriam, propterea com-
mendamus et absolute praecipimus Ut quandoquidem de objectis culpis
imposita sunt poenitentiae et iam vel impletae vel acceptatae, aut in-
choatae nemo deinceps illarum mentionem faciat, nemo objiciat
vel exprobret, sed aeternum sit earum rerum omnium silentium. Ut
renovetur inter Nos charitas, vere fraterna et pax in Spiritu San-
cto. Ut concordes et unanimes ambulemus in novitate vitae.
Quod si aliquis temere per iram alteri objecisset Sdc. ~~vend~~ ven-
ditis animas vestras in sinistram interpretationem accepta sunt
a nonnullis quasi exprobraret vendita vel empta suffragia, eapro-
pter A R P Commissarius sequenti die, publice interrogavit di-
ctum fratrem quo sensu dixisset talia, qui sub iuramento negavit
se de votis quidquam aut suffragiis cogitasse, interrogatus secundo
sub eodem iuramento Num quid viderit, audierit, esse ab ullo
emptum vel venditum votum, negavit se quidquam super ea
re vel vidisse vel audivisse vel scire, quare A R P Commissa-
rius propter eius locutionem temerariam, poenitentiam iniunxit
nec quidquam aliud negotium est statuendum censuit.

Fr Petrus Saunier Comm. Gl. et Visit.or Gl.(?)
Fr Hyacinthus Sobocki Provincialis electus mp
Fr Raphael Jablonski Definitor Primus mpa
Fr Sebastianus Bachowski(?) Definitor mp
Fr Cyprianus Calinski Prpts Calisien(?) mp
Fr Antonius Zaporowicz Praeptus [illegible] mpa

Fr Gregorius Warzbicki Praep Vet^us Wisnicen
Fr Joan Stanislaus Gliszczynski S. Th. D. m.p.
Fr Bartholomaeus Sarowski
Fr Joannes Chrysostomus
Fr Dionysius Belicky
Fr Bernardus Zielski
Fr Martinus Jerzykowski
Fr Thomas Calinski
Fr Carolus Fortaniecki
Fr Jacobus Sulisrowskij
Fr Albinus Komorowicz Capli Prolis Secretarius m.p.

A C T A

Visitationum Ordinis S. Spiritus Conuentuum in Polonia existentium sub Prouincialatu Adm. R. Hyacinthi Sobocki Prouincialis.

Visitatio Domus et Hospitalis Calissiensis.

Anno Dni. 1651. Sept: 26ta

Adm. R. Hyacinthus Sobocki Ord. S. Spus
in Polonia Prâlis Mgr. associatus a R. Sebasti
ano Paszkowicz S. Th. D. et eiusd. Ord. Definitore,
in Contu Calissien. personaliter constitutus conuocauit per
campanae sonum A. R. Praepositum Calissien. illiusque domus omnes
Fres protunc existentes, ac manifestauit suam in eo mea
tem esse: Ut Ecclam, Domum, Hosple. personasque in
eo degentes pro more Prouincialis et Officij sui exigen-
tia visitaret, de regimine tam spirituali quam tempo
rali personarum ac bonorum ad dictam domum et Hosple.
pertinentium ac eorum perceptis expensis, debitis et alijs
inquireret, et ad comprobationem eiusmodi Officij
ac potestatis, literas Illmi ac Rdmi Dni Hieronymi
Lanuuij Ord. Sancti Spus Mgri Gnalis desuper confectas
eiusdem sui Prôlatus confirmatorias legi promulgari
et contra easdem ac incipiendae Visitationis opus si quid
opponendum esset dici et opponi mandauit. In praesentia

In praesentia suprascripti A. R. Cypriani Caliski S. Th. D. Praepositi et Religiosorum Fratrum Professorum Clericorum C. F. Casimiri Sulcz. Hieronymi Miskowicz nihil opponentium imo gratantium personas, eorum officia et Confirmationem recipientium, ac visitationi, inquisitioni, correctioni se subycientium. Quorum obedientiam et singularem erga Superiores postea quam A. R. Praelatus laudasset, iurisdictionem nemine contradicente fundauit, et ad audiendam de Spiritu Sancto Missam pro felici visitationis successu Fratres inuitauit.

Visitatio Capellae.

Post Missam de Spiritu Sancto in Capella domus absolutam A. R. Praelatus cum ea qua decuit reuerentia pixidem argenteam cum Venerabili Sacramento recepit, e ciborio decenter ornato et seraturis bene munito in qua inuenit aliquot hostias pro Fratrum et Infirmorum Pauperum in Hospitali degentium necessitate conseruatas paucis ante diebus consecratas, sanas non corruptas, easque demum inclusas post impertitam benedictionem una cum pixide in supradicto ciborio collocauit, et ad ulteriorem Capellae et Supellectili Ecclesiae visionem descendit. Quam cum inuenisset Sacris competentem, et cum regestri antea conscripti conuenientem ad visitandam domum et alia regressus est.

Visitatio Domus etc.

Tandem ad visionem domus descendit, quam inuenit ligneam antiquam undique stillantem, eius pomarium inentum sepibus ex iori parte non circumdatum, aedificia ibidem domui Praepositurali annexa reparatione indigentia. Tum demum Lateritecinam ex parte collapsam, aedificium in quo lateres exsiccantur non tectum. Super omnia Pristinum reperit ordinatissimum a f. m. R. olim Casimiro Gromeio Praelato a fundamentis erectum. Ratione quorum omnium postea quam diligentissimam fecisset inspectionem vidissetque Praedecessorum moderni Praelati occasione suprascriptarum ruinarum incuria esse. R. Praelatum admonuit Ut zelanto citius praefata omnia corrigi reparari et in formam meliorem et statum redigi curet.

Visitatis

Visitatio Fratrum.

Postmodum Fratrum internam instituit Visitationem, requisivitque 1mo ex Superiore, num in Suis reperiret aliquid correctione dignum, tum deinde ex Fratribus num in Conventu omnia parate, ordinate, et cum ea qua requiritur religiositate et modestia peragantur, a quibus sumptam informationem, depositasque querelas, ac consilia ad domum reformandam perneccessaria per Socium Visitationis exacte connotari, et de eis se admoneri mandavit. Constituit demum Proventuum ac eorum Perceptorum expensarum ac debitorum rationem reddi, sed cum ob R. P. Jacobi Sulizewsky pro tunc domus Calissien. Factoris graviorem infirmitatem nullatenus fieri posset, eandem ad posteriorem domus eiusdem Visitationem differri ~~voluit~~ decrevit.

Visitatio Hospitalis.

Hospitale ligneum antiquum non tamen adeo ruinosum ac in eo foeminas degentes numero - et ex iis decumbentes 1. reperiit, ex quibus inquisivit num illi D. Praepositus aut eius Vicarius pro exigentia Sacramentum Poenitentiae, Eucharistiae ac Extremae Unctionis ministret, in temporalibus pro possibilitate domus provideat, de quibus postquam hic de rebus plenam sumpsisset informationem omnes et singulas in eodem Hospitali degentes personas, ad charitatem patientiam, modestiam cohortatus est.

A. R. Provincialis satisfaciendo dilationib. in Causa occasione administrationis Praepositurae Calissien. inter R. P. Christophorum olim Calissien. Praepositum et Conventus Instigatorem per Definitorium Decreti et instituti, inquisivit ex ingenuo Bene dicto Zwierzowski olim sub administratione Praedecessoris Praepositi Factore, de certis punctis R. P. Christophorum olim Calissien. Praepositi occasione malae administrationis Praepositurae obiectis et probatis deinque se melius doceri ac informari postulavit; sup. quibus cum nullam recipere posset informationem ad alia descendit. — Sept. 27 — 1mo

In eadem Sessione A. R. P. Cyprianus Praepositus Calissien. exposuit paupertatem domus illius, ac in ea desolationem aedificiorum Hortorum Tabernarum Laterificinae et aliorum per Antecessores factam Praepositorum anni praesentis sterilitatem, tum et debilitatem ex Senectute ac laboribus anteactis provenientem, ob quam ad Praepositurae et bonorum — 2do

administrationem minus valens redditus est, supplicavitque instantissime se ab eadem Praepositura absolui ac liberum pronunciari. Et Adm R. Provinciali auditis exponentis rationibus, iisdem non acquievit, sed supplicatorias reiecit, et ut Orator impositum sibi a Capitulo Provinciali onus patienter et pure per religionis amorem sustineret rogavit et hortatus est.

Idem supplicavit ut ratione cuvandae Domus Calissien. quae alias priorum manibus fieri solebat remitteret R. Jacobo Latkowicz. Quem A. R. Provincialis remissurum promisit.

Item Benedictus Dzierzowski olim R. Raphaelis Jablonski, Christophori Zawski Calissien. Praepositorum factor accusavit suprascriptos Praedecessores Praepositos quod sibi pro servitys Conatus et eorum personis fideliter per annos aliquot exhibitis non satisfecerint, et solvendi negotium in successores Praepositos reiecerint, supplicavitque reperiri modum quo in debita sibi mercede non defraudaretur. Et A. R. Provincialis auditis supplicantis rationibus et rei aequitate diligenter perspecta attentoque eo quod Domus illa indigeat nec solvere possit, florenos 50 eidem dandos numerandosque decrevit et in continenti ex pecunia superius reddita, quam pro R. Christophoro olim Praeposito Calissiensi ex Erario Cracovien. acceperat Domui huic Calissien. applicandam numeravit.

3. In eadem Congregatione A. R. Provincialis consignavit R. Praeposito Calissien. summam 150 florenorum ex Erario Conventus Cracovien. pro resarciendis damnis a R. Christophoro olim Praeposito Conventus Calissien. illatis acceptam, cum et animo et intentione eandem summam superscriptam a R. Christophoro pro Cracovien. Erario recipiendi in adiumentum, donavit et perpetuo applicavit ac de recepta ab A. R. Praeposito quietationem scribi mandavit.

Tandem in conclusione Visitationis praedictis aliquos defectus ex Inquisitione notatos correxit et omnes ad mutuam charitatem obedientiam modestiam patientiam ac alias Religiosis actus sermone opportuno cohortatus est, impartita singulis paterna benedictione.

A. M. D. G. B. M. V. H.

Reformationes pro Conventu Calissiensi post Visitationem transmissa.

Hyacinth[us]

+.

HYACINTHUS

SOBOCKI ORDINIS S. SPUS in Polonia Prouincialis Magister

Adm R. Cypriano Calinski S. T. D. Praeposito Reuerendis Patribus ac Fratribus Domus Nostrae Calissien. Salutem et Almi Paracliti consolationem.

Visitatio Oratorij Hospitalis et Domus Vrae Calissien. quam ultimis diebus Septbs proxime praeteriti Anno currenti absoluimus, persuasit Nobis Vt aliqua pro meliori et exactiori ordine constitueremus. Et imprimis.

Hortamur A. R. Praepositum Vt pro eo quem gerit in pectore Religionis amore, sdm possibilitatem domus, et accibi etiam piis benefactorum manibus, lateres, cementum, lapides pro construendo templo praeparari ac laterstiunam (?) Antecessorum negligentia collapsam integritati curet restitui.

In Oratorio habeatur Oleum Infirmorum ad subueniendum pauperum necessitatibus.

Suppellectilis Ecclesiasticae ac librorum in Oratorio conseruatorum fiat indiculus, cuius exemplar Vnum A. R. Praeposito consignetur, alterum nobis remittatur Cracouiam infra duos menses, vel quando commoda se obtulerit occasio.

In Hospitali obseruetur debitus ordo, Vt non recipiantur ibidem nisi decrepiti, infantes, et infirmae personae quarum si aliqua pristinam recuperauerit sanitatem dimittatur. Seruiatur illis pro posse domus tam in victualibus quam alijs eorum necessitatibus, ad quem effectum exquirantur census ad Hospitale pertinentes diligenter, ac alij prouentus, nec in alium nisi in Hospitalis illius commodum conuertantur.

Obseruetur Vt Pauperes mane et vespere sive in singulis hipocaustis sive in Vnum congregati recitent Litanias pro benefactoribus et fundatoribus loci illius. tum etiam Vt singuli Dominicis et Festis diebus intersint sacro, ac post prandium lectioni Sacrae vel exhortationi, quae ab Vno ex iunioribus Fratribus per duas quartas horae etiam coadunatis in Vnum pauperibus personis

cui debet

ui debet, tum etiam ut confiteantur saltem semel in mense et solenni-
oribus Festis in Oratorio domestico communicent. Ut non rixentur, et si
aliqua immodesta vel ebrietati indulgens inventa fuerit domo ejiciatur.
Dum infirmari aliquam ex pauperibus et illam indigentem contigerit,
sit sub A. R. Praepositi discretione, qui pro posse ministret ea quae ipsi
pietas et obligatio suppeditaverit.

In Conventu sit omnis modestia tam inter Fratres quam inter familiam et
saecul. quoscunque et ad servitia domus non recipiantur nisi honestae et
modestae personae, ac tales quae alienis scandalum, domesticis aliquam
non pariant corruptelam.

Ii qui Sacerdotes sunt non terant tempus inaniter, sed aut lectiones
sacras Casuum praesertim conscientiae in Collegio PP. Rm. audiant, vel si
necessitas domus requirerit cuius discretio A. R. Praeposito committitur,
domi legant aliquid ut semper non ventre tantum sed etiam mente pro-
ficiant. Quotidie si possent celebrent domi, nisi alio vocati fuerint.
Diebus aut Festis curent ut in proprio Oratorio missae vacent Sacri-
ficii nisi de expressa Superioris licentia. ii vero qui non sunt Sacer-
dotes et studiis destinati, videant ut ea quae pertinent ad Regularem
disciplinam non postponant, horas Canonicas sdm Regulae praescriptum
recitent, et si negligentes fuerint poenis arbitrio Superioris infligendis
subiaceant, Missae Sacrificio quando commode possunt intersint. Superiori
in omnibus exactissime obediant et ministrent. In Hebdomadis Dnicis et Fe-
stis diebus post prandium legant pium aliquid vel conversentur. Sub
praetextu Scholae alio non divertant sub poena disciplinae, cum seculari-
bus modestissime conversentur, nec secularibus eorum negotiis se impli-
cent, invigilent studiis et assignatis sibia Professoribus exercitiis, quibus
et omnem reverentiam et aliis quibuscunque modestiam. Superiori vero omnem
praestent obedientiam.

Omnes tam Presbiteri quam Clerici sciant se esse sub ordinaria
A. R. P. potestate proinde in omnibus illi obediant, absque nutu et licentia
eius non exeant domo, non vadant eo, et cum eo, quo et cum quo veta-
verit. Hospitale saepius visitent modeste tamen, et ut strictius con-
tineantur, habeantur cum illis Capitula ut sup.

Factor quia Superiore ad id officii deputatus fuerit, non existimet
se maiorem illo, sed multo minorem et dependentem in omnibus hre sup.
Domus bonis potestatem, et tantum sibi competere quantum Superior con-
cesserit. Videant igitur ne aliquid extra nutum consilium et scientiam
Superioris faciant, sub praetextu Rei familiaris alio divagetur domi
novos exerceat ordines, ne rixetur cum Superiore alias si adhuc scanda-
lum secularium intercesserit in Capitulo gravissime puniatur ut hu-
miliatus discat Dei iustificationes.

Idem invigilet diligentissime, laboribus, ac aliis subditorum officiis, quo-
tidie villam visitet, et ibi si labores et mandatum Superioris postulaverit
immoretur, provideat in Domus et Hospitii necessitatibus. inter seculares omnes servet
modestiam pro omnibus coronam expectans iustitiae.

In Hospi

In praesenti reru[m] et domus illius calamitati succurrat etiam A. R.
V. Pro Ctu[m] pro posse ut Domus Conventualis aliquomodo reficiatur, ac
marium ne pateat incursionibus bestiaru[m], saltem excisu e comarcio a
busti quorum copiam vidimus fiat, alia exequatur obsecramus quae
illi amor Religionis et calamitatis Loci illius compassio dictaverit.
Eundem etiam obsecramus ut Nobis bis in Anno statum illius do
mus scribat a praesentium publicatione intra tres Menses seu
alias dum habuerit occasionem comodam, inventariu[m] praedij do:
mus Censuu[m] tam Conventualium quam Hospitalis Subditorum et illorum offi:
ciorum, pecudum ac omnium proventuum quocunque modo ad Con
ventum et Hospitale illud spectantiu[m] a P. Factore conscribendum
ad Nos transmittat. Caeteris benedictionem divinam omnibus
exoptamus Cracoviae.

VISITATIO ECCLAE. CONTUS ET HOSPITALIS SANDOMIRIENSIS

Anno Dni 1651. 8bris 4ta

Adm. Rndus Hyacinthus Sobocki in Polonia Provlis Mar. associatus a Rndo P. Sebastiano Pawkowicz S. Th. D. et eiusd. Ordinis Definitore in Conventu Sandomirien. personaliter constitutus convocavit per campanae sonum Adm. Rdo Pri Sandomiriens. illiusq domus omnes Fres existentes, ac manifestavit suam in eo mentem esse Ut Ecclam Domum seu Conventum, Hospitale, personasq in eo degentes pro more Provinciae et Officij sui exigentia visitaret, de regimine tam Spirituali quam temporali Personarum ac bonorum ad dictum Conventum et Hosple pertinentium, ac eorum Perceptis, Expensis, Debitis, ac alijs inquireret, ad comprobationem eiusmodi officij ac Potestatis, literas Illmi ac Rndmi P. Dni Hieronymi Lanuzij Ords. Sti Spus Magri Generalis desup. confectas, eiusdem sui Provincialatus confirmatorias legi promulgari, et contra easdem ac incipiendum Visitationis opus, si quid opponendum esset dici et opponi mandavit.

In Praesentia A. R. P. Antonii Zarorowicz Prapti, Andreae Banski Vicepti. Fratrum Latkowicz Pauli Dulianowicz Thomae Catinsky actu Presbyterorum, Michaelis Skoborzowski Subdiacono Benedicti Andraszkowicz ati Sapiaski clerici ex mense Professorum et in Collegio PP. Societ. Jesu Rhetorices auditorum, nihil opponentium, quorum obedientia et submissione laudata Jurisdictionem Visitationis fundavit.

Visitatio Eccle

Visitatio Eccl[ae]

Post Missam in Eccl[esi]a S. Sp[iri]tus Sancti ad maius Altare ab: solutam A. R. Pr[ae]lis cum ea qua decuit reverentia pixidem ar: genteam cum vbli sacrato recepit è ciborio decenter ornato et seraturis bene munito in qua invenit aliquot hostias pro fratrum et pauperum infirmorum in Hosp[ita]li degentium ministerio conserva tas, paucis ante diebus consecratas, sanas non corruptas eas demum inclusas post impartitam benedictionem vna cum pixide in supradicto ciborio collocavit. Tum demum vasculum cum oleo infirmorum sibi praesentari fecit, quod decenter factum et ornatum suo loco restituit, et ad vlteriorem Eccl[esi]ae visitationem se recepit.

Et inprimis praesentari sibi iussit monstratorium, reliquiaria, ca: lices, candelabra et alia ex argento facta ad Eccl[esi]am S. Sp[iri]tus Sancti pertinentia, tum demum casulas, antipendia, Cappas, dalmaticas, bursas, vela et alia. Comperta sunt eiusdem Eccl[esi]ae quae cum antecedentibus regestris et augmentario collata sincera fuere in eodem numero sed no in eodem statu, quia ex aliqua parte, vt pote candelabra deteriora fuere ex eo quod servis pro decalternis Nobilium accomodarentur.

Visitatio Domus. 8bris 5ta

Convocatis ad locum Capituli Confratribus Sancti Spiritus Adm. R. Pr[ae]: lati strictissimum Capituli et in eo gestorum vel gerendorum indi: xit silentium sub poenis privationis activae ac passivae vocis, factoque opportuno sermone inquisivit singillatim de vita et moribus Praepositi ac fratrum de ordine in Conventu observari debito, bonorum temporalium administratione de [struck] reformandis et constituendis ad meliorem instituendam vitae Regularis rationem, et habitis ex sin: gulorum delationibus sufficienti informatione, purgationem et exem tionem ad finem visitationis distulit.

Visitatio Hospitis. 8bris 6ta

Adm. R. Pr[ae]lis visitavit Hospitale sancti Spiritus virorum et femi: narum ac in eo numeravit foeminas 14. Mares 9. proiectitios in: fantes 4. ex omnibus inquisivit num spiritualia et temporalia com: mode et sec[undu]m temporis ac personarum indigentiam ministrentur, num cum modestia, debita oratio exerceatur et alia. Et postquam accepisset aliquas dui inde exoriri solitas rixas ac murmurationes nec Provisori debitam ab iisdem praestari reverentiam, fierique vt portionibus sibi exhiberi solitis non contentas pecuniam

avaritiis

auaritiis innatis gratia a R. Provisore exquirant, verbali adhibita correctione, et praemissa ad modestiam, charitatem, pacem, et devotionem fervens exhortatione, murmurationibus obviando, decrevit pro speciales constitutiones, ~~vestibulis~~ R. Provisori dandas et consignandas. In Hospitii Tiroris repertum est Domicilium ex parte collapsum ac desolatum quod nequaquam reparari posse videt Provisor, ob difficultates quas in recipiendis censibus pro Hospitii debitis experitur.

Actus Vltimus Visitationis

8bris 7ma

Adm. R. P. Prulis executionem Visitationis internae instituit et cuilibet pro mensura delicti salutarem indixit poenitentiam, ad charitatem, obedientiam, modestiam, devotionem ac Regulae et Constitutionum instituta servanda sedulo exhortatus est omnes, et impertita benedictione visitationem soluit.

CONSTITVTIONES

Pro Conuentu Sandomiriensi

Adm. R. Fr. Hyacinthus Sobocki Ordinis S. Spiritus in Polonia Provincialis Magister et Praepositus Cracovien. Adm. R. R. Praeposito, caeterisque Fratribus ac Fratribus Conventus Nostri Sandomirien. Salutem et Almi Paracleti consolationem.

Visitatio Eccl. et Hospitii et Conventus Nostri Sandomirien. quam primis praecedentibus diebus 8bris (prout melius in actis) Anno currenti absoluimus persuasit Nobis ut aliqua pro meliori et exactiori ordine constitueremus.

Et quidem in Eccla.

Praecipimus ut ante maius Altare in quo SS.mi Sacramenti Tabernaculum repositum est nocte perinde ac diu continuo lampas ardeat Conventualibus impensis Ecclesiae deserint providenda.

Altare misericordiae in eo habeatur decore et honore quem ac latissima Christi pietas in eo loco multa constanti beneficia persuadet. Proinde non a quocunque sed a supplicante fratre aperiatur et claudatur, circa illud decentissime necessaria fiant ministeria tabellae in memoriam obtenti beneficii oblatae secure serventur nec ex iis aliqua in aliam formam etiam ministerio Altaris illius servientem convertantur inconsultis Nobis vel Successoribus Nostris.

Ptu.

Offm B. Virg. quod in vestra Ecclâ decantari solet decantetur gravissime et a Suppellicatis Fratribus.

Missarum quae offeruntur sit liber in Sacristia, in eoq tam illi qui ex tabulis Fundatorum mentes continentis ascripto, quam ii qui ex oblata charitate satisfecerint, notata die et obligatione subscribant.

Suppellectilis Ecclesiasticae diligentissima conficiantur inventaria, quorum alterum Sacristae, R. Praeposito alterum, tertium Nobis consignetur idq infra duos Menses a praesentium publicatione.

Hospitale et degentes in eo personas, cum omni diligentia observent videat R. Praelatus qui Pauperes vel obeunt vel abeant vel recipiuntur, in iisq consideret statum aetatem mores praesertim. Recipiantur non nisi infantes, decrepitae et infirmae personae et hae quamprimum recuperaverint sanitatem dimittantur.

Infantum praecipua sit cura, provideatur illis de Nutribus honestis, et loco apto, et dum cum aetas postulaverit de exercitio. Femellarum aliqua cum ad annos octo pervenerit, non retineatur in Hospitali, sed servitio Matronarum honestarum applicetur.

Ingemuimus ad malum illud quod Pauperes (uti cognovimus) pecuniam in locum portionum carnis per ergastrint ab Hospitalarij; quare illud radicitus extirpandum decrevimus, ac mandamus sub poenis gravissimis. Ut nunquam pecuniaria portio detur pauperibus, sed ea quam tempus et status personarum postulaverit.

Infirmis de loco separato cerevisia, portionibus et alijs statui eorum convenientibus provideatur, visitentur saepius ab Hospitalario, qui eos confessionis et Communionis admoneat extremam unctionem ministret consoletur agonizantes studiose et assidue, submissis etiam alijs Patribus qui per vices succedant.

Invigilet idem Ut Litaniae mane et vesperi a Pauperibus in eorum hypocausto recitentur, Ut Lectio sacra per iuniores fratres festis praesertim diebus post prandium habeatur, Ut visitatio Hospitalis quae a Fratribus dietim per vices succedentibus fieri debet, et praecipitur, non negligatur, qui etsi in aliquibus eorum negligentiam notaverit, non rixetur cum illis, sed R. Praeposito admonendos Capituli tempore deferat.

Non audeat sine R. Praepti. et Capli nutu in Hospitali quidquam innovare aedificare, mutare vel pro eorundem necessitatibus extraordinarijs quidquam expendere, exceptis reparationibus nec quidem notabilibus, et ijs quae ordinarie ad Pauperum victum et sustentationem conveniuntur.

Hortamur eundem Ut si infirmos in plateis praesertim civitatis iacentes conspexerit, ad Hospitale statim eosdem deferri curet, pulvinaria camisias ministret quae ad hunc effectum reserventur et vendantur nunquam si post obitum alicuius Pauperis remanserint.

Perspeximus etiam quod Pauperes in Hospitali Vro degentes esuriant saepius sua culpa, dum portiones ex Hospitali provenientes cognatis suis diètim adventantibus ministrant, et tamen obmurmurant quasi insufficiens illis victus provideatur; proinde in hoc et Nostrae famae et illorum commodo consulentes mandamus Hospitalario, ut portinariam in Hospitali constitui curet, quae attendat ne portiones Pauperum efferantur extra, ac admoneat si quos vel quas contra mandatum praesens facientes advertent. Diebus solennioribus dehur Pauperib. aliqd extraordinarium.

In Conventu advertat R. Praepositus ad ordinem ut faeminae ad interiorem clausuram domus non admittantur, silentium statis temporibus observetur, post Litanias quae quotidie hora 24. dici debent, in cubiculis non conveniant Fres, non otientur, extra Monasterij septa absq licentia, somo et veste Superiori non exeant, non rixentur, Hospitale per vices quotidie visitent, in oibus praebendo seipsum exemplum bonum.

Capitula singulis ferijs 6tis celebret R. Praepositus ac in eius absentia [illegible] Praepositus, in quibus comonendi oia quae opportunitas temporis suppeditaverit.

In oibus quantum possibile est Domui Sandomirien. Nrae Cracovien. conformetur, proinde in ea difformitatem, quae in Refectorio adhiberi solet duximus abolendam et psentibus abolemus, statuimusq ut cibi in patinulis parvis singulis Fribus ex una tantum parte mensae assedentibus adferantur, ex quibus nullus Frum audeat aliqd portare a mensa vel alicui ex servientibus dare, sed in coi oibus distribuat is qui ad id negotij a Superiore domus fuerit destinatus.

Aegrorum maxima sit cura oportet, Medicus et medicinae provideantur impensis Domus, victus paretur talis, qualem status aegritudinis postulaverit, advertente ad oia infirmorum necessaria R. Vicepraeposito qui etiam Magri infirmorum agat officium, recipiatq singulis semestribus (si aliquem vel aliquos decumbere contingerit) a R. Praeposito florenos 30. pro coemendis iis quae domus suppeditare non poterit.

R. Praeposito comendatur ut se non temporalium tantum, sed multo magis spiritualium profiteatur administratorem, quare invigilet diligentissime, ut vita, mores et exercitia Frum Regulis et Constitutionum capitulis respondeant. Et quoniam praedicta vigilantia ab exteriori etiam introspicienda dependet, videat ut saepius ruri quam domi degat nisi id necessitas, et quidem summa postulaverit.

Venditiones emptiones, contractus, et alia de quibus fusius in Constitut. Ordinum, actum est non permittat fieri absq suo et maioribus abs Capli nutu et [illegible]

Eligat Factorem qui rerum temporalium curam habeat, prudentem discretum, ac modestum, et advertat ne subditis sit gravis ac molestus et ab iis extorqueat, nisi quae longo usu et quidem honesto soluerunt.

Pecunia si quae a R. Praeposito vel Factore congesta fuerit, ea statim

reponatur

reponatur in Scrinio ad id parato, claudatur tribus seraturis quarum R. Prælatus alteram Vicepraeltus, tertiam Factor obseruet iuxta Capit. Prale. Procuratori Offii ipse R. Praelatus ob defectum clauem su: stineat, et in eius absentia Vicepraelatus vel Factor.

Strictissime etiam praecipimus R. Praelato et Factori, vt infra duos menses indiculum transmittat Nobis, villarum, domorum, vinearum, pomariorum, Agrorum, Praediorum ac illorum vel illarum inquilinorum, Subditorum, ac illorum officiorum, omnium censuum tam Vrbanorum quam ruralium siue ad Conuentum siue ad Fratres pertinentium, ac aliorum Prouentuum tam ex villis quam aliis quibuscunque prouenientium ad Conuentum Nrum quocunque modo expectantium, pecudum, piscinarum ac aliorum quorumcunque, adnotato fideliter statu, numero, qualitate, ad informandum quomodo et in quo statu res illa se habeant.

Insuper Mandamus, vt oia quae in Regula et Constitutionib. Prouincib. ac aliis munitis conscripta sunt exequantur diligentissime sub rebellionis poena. Datum Cracouiae ex Definitorio Prouinciae Poloniae Ordi. Scti. Spiritus de 20 Nouemb. 1651.

Definitorium. Vniuersi et Singuli f.

Plane perspeximus exinde periclitari, vel maxime charitatem Fraternam, quod plerique cum summo etiam externorum scandalo pristinas priuationes, infamias, Censuras, et alia huiuscemodi con: uitiorum causa mutuo sibi obiiciant, quae alias sepeliri et non ni: si in Superiorum electionibus prout de iure excitari deberent.
Quare Nos mutuo consensu et consilio per poenas huiusce malo occurrendum duximus, et per ardentes occurrimus decernentes, Vt si aliquis Fratrum, siue in mutuis Conuersationibus siue in Capitulo particulari, tam publice quam priuatim, alterum fratrem priuatum infamem excoriatum, f. (etiam si antea praedictis obnoxius fuisset, vel in probatione melioris vitae extitisset) no: minare praesumpserit, conformiter ad Reg. Ca. 50. de iniu: riis vitandis poenam flagellationis publicae septem feriis sextis in Caplo peragendae, et ieiunii biduani se incurisse certo et irremissibiliter sciat. Et ita ab R. Praelatis. Vicariatis iudicari praesentesque ad omnem notitiam deduci et actis Conuentuum Nostrorum inseri volumus et mandamus. In fidem f. Actum et Iudicatum Cracouiae in Definitorio Ord. S. Spiritus Anno Domini 1651 die Vigesima Nouembris.

Fr. Hyacinthus Lobocki Prals et Praepositus Conuentus Cracouiensis

Anno 1652. **ALIA** Die Maij 28.

Visitatio Conuentus Sandomirien.

Adm. R. P. Hyacinthus Sobocki Prulis Sebastia:
nus Paszkowicz Definitor Theophilus Patryk S. Th. D. D.
in Conuentum Sandomirien. descendentes ad locum Caplis absol:
uendis assignatum, conuocarunt per Campanae sonum oes Pres
et Fres Contus Sandomirien. illisq manifestarunt intentionem suam
in eo esse ut Contum, Ecclam, Hospitale, Personas ac oia bona ad
eandem domum pertinentia visitarent corrigerent reformarent, ab
Administratoribus bonorum rationes reciperent, amissa repeterent, sup
quibus oibus Jurisdictionem Provincialem fundandam decreuerunt
In gratia R. P. Antonij Zarorowicz Prioris, Andreae Baski
Viceprioris, Bernardi Opolski, Francisci Jaskowicz, Joannis Krz
niecki actu Presbyterorum, Michael Kobosgowsky, Joannis Gacirosky
Diaconorum, Benedicti Andraszkowicz, alij Sarinski, Clerici Prof.
S. Spiritus professorum in Contu Sandomirien. degentium, sup visitatione
correctione, reformatione et alijs desuper necariis concernentium. Hinc
dataq eiusmodi iurisdictione A. R. Prulis sermonem opportunam
de mutuam in Fres conseruanda charitate habuit ac ut tempore
visitationis in omni modestia se gerant serio admonuit.

Visitatio Ecclesiæ.

Eadem die ad visitandam Ecclam, altaria, reliquiaria ac ad aliam
supellectilem Ecclam remdendam descendit, quorum oium statum et
numerum collatione facta cum anterioribus registris in actis visi
tationis subscriptis consideravit, et pro rei aequitate diligentiam Sacri
starum laudavit, pauci correctis et imperatis quae ad meliorem Sacristiae
et cultus ordinem pertinerent.

Visitatio Domus Junij 7.

7ma Junij Coram supra nominati singillatim conuocati comparentes R. R. Pr.
Contus ac oes Pres et Fres Contus Sandomirien. superius expressi ad sa:
tisfaciendum intimationi de interna visitatione, et responsionibus ad
inquisitionem de vita et moribus singulorum ac informationibus de corre:
ctione reformatione facienda instituendis pro obedientia Religiosa
munere retulerunt secreto ea quae in Contu Eccla et Hosp. emendanda
corrigenda et instituenda viderent, quae A. R. Prulis in ordinem redacta
ad finem visitationis executioni debitae mandanda reseruit et
distulit.

10 Junij. Ex administratione Hospli Sandomirien. ac de perceptis cen
sibus eleemosynis ac earum vel eorum expensis pro Hospli Sandomirien. factis

generaliter

generalem reddedit calculum R. Andreas Banski Ahlui eiusdem Pro
uisor. Et demonstrauit percepti fl. 970 g. 2 Expensas ad diem
praesentem 92 g. 20. restat ad reddendum fl. 48 g. 12.
Eadem Sessione R. Sacrista ex eleemosynis Censibus ad Ec-
clesiam Conuentualem S. Spus Sandomiren pertinentibus fecit calculum
et demonstrauit percepta fl. 71 g. 24 Expensas fl. 42 g. 18 ½.
Restat fl. 29 g. 5 ½.

Iunij. Duodecima.

R. Praepositus Sandomiren coram Capitulo ad sonum campanae
congregato ex mandato Visitatoris fecit calculum ex omnibus
prouentibus utilitatibus, ad Conuentum Sandomiren pertinentibus et eorum
expensis demonstrauit percepta fl. 3693 g. 23. Inuentus
est expedisse de suo fl. 114 g. 23. In debitis apud debitores
demonstrauit Auenae C. 71. Slodow gotowych piwnich N.o 5.

Eadem post Meridiem.

A. R. Prouli ex vi comissionis in suam et definitorum personas
ab A. R. Petro Saunier Comissario de data 19 Aprilis Anno 1651
ad recognoscendum a R. Andrea Banski olim Sandomiricum Praeposito
calculum ex administratione Praepositurae Sandomiren emanatae, iuxta
eiusdem tenorem et opposita calculatoris coram Actis supranomina-
ti Comissarij producta diligentissimam instituit rationem cum
suprascripto R. Andrea Banski ac de omnibus debitis siue omissis
vel negligentijs in regestris connotatis singulariter monuisset, ex ob-
iectorum rationes responsiones, exceptiones auscultatas est, quibus prae-
missis clare apparebat in multis eundem satisfecisse et debitam
reddidisse rationem, in aliquibus leuiter errasse. Inuentum tamen Con-
uentus Sandomiren debitorem fl. 155 g. 12 ad quorum
restitutionem postequam compelleretur ab A. R. Prouli supplicauit
tum ratione vestis quam de sua propria supellectili Fri Casimiro indi-
genti dederit, tum ratione damni quod in comutatione pecuniae pro tunc
ad pretium inferius descendentis passus est, tum ratione laboris in admi-
nistratione Praepositurae Sandomiren praestitoris pro quibus nil sibi sumpserat
et ex alijs rationibus se liberum a restitutione et impetratione pronunciari.
Et Adm. R. Prouli auditis supplicis rationibus eius consideratis sum-
mam praedictam in 55 fl. et g. 12 sibi relaxandam et restantes
fl. 100 reddendos et restituendos et pro comparatione Cappae expen-
dendos decreuit. Ab alijs ex Capitularium beneplacito et rationibus supra
inde allatis liberum pronunciauit decreti praesentis vigore.
In eodem Capitulo destinatus est A. R. Theophilus pro remissionem
bonorum Glazow et Dwarzki, eique iniunctum est ut inquirat de statu
familiae domus, subditorum querelas audiat, et fideliter annotata ad Di-
finitores pro Capitulo proximo futuro referat.

Iunii Decima quarta.

Satisfaciendo officio sibi iniuncto R. Theophilus in vim sub deputatione quinta quaedam contra Praefectum Glacomen. et con. R. Praepositi deposita Visitatoribus praesentauit, quae Adm. R. Pr. Visitator ex ordine coram Capitularibus legi publicari, ac de iis diligenter inquirere responsiones audiri constituit. In praesentia R. Praepositi con. aliqua excipientis ac con. alia legales rationes afferentis, multa negantis. Et Adm. R. Provincialis auditis eiusmodi responsionibus serio admonuit, Praefectum ut diligentiorem bonorum Conventus curam adhibeat, nec subditos per Praefectum Glacomiensem grauius opprimi sinat sub poenis grauissimis.

Eadem die.

R. Praepositus Sandomirien. regestra eleemosynarum quas pro deauratione Altaris Misericordiae et alijs Eccliae necessitatibus a diuersis receperat personis, obtulit, earumque rationem fieri et institui petijt. Ex quibus Perceptam demonstrauit fl. 474. Expensam fl. 402 1/2. Restat fl. 41 gr. 9.

Iunii Decimaquinta.

R. Officiales videlicet Praepositus, Hospitalarius, Sacrista Conventus Sandomirien. solennem instituerunt supplicationem quatenus ex eorum perceptis expensis, ac alijs his in Caplo calculationibus tunc productis primum Visitatoris manuali subscriptione quietarentur. Et regestra eorum percepta ac expensa et alia eiusmodi approbarentur. Et A. R. Pr. Visitator exauditis capitularium super hoc rationibus et sententijs, ijsque bene consideratis ex opposito superscriptorum officiorum et bonorum Eccliae Domus et Hospitalis Administratores, vel eorum percepta expensa, regestrata probavit et subscripsit, tamen interim in reformationibus connotanda constituenda opera duxit prout et constituit.

Tandem ad Visitationis executionem descendit, cui in omnibus satisfaciendo delinquentes correxit, et iniuncta cuilibet pro modo delicti salutari poenitentia per opportunum sermonem etiam admonuit de seruanda mutua charitate vita, Regulis et constitutionibus Christo conformanda, modestia paterna etc. et impertita benedictione Capitulum dimisit.

Monita.

R. Praepositus serio inuigilet ut praeter Reformationes a Nobis superius traditas ac obseruari institutas etiam ea quae hic specialiter mandantur exequi curet diligentissime.

1. Instituat Caplum singulis (?) et de negligentijs ac alijs defectibus inquirat, querelas audiat, et absque omni respectu in delinquentes grauius animaduertat.

Pro posse

Pro posse providendis Fratribus in Spiritualibus domi se contineat, quan: do s. tempus a re familiari vacaverit. 2

Provideat Conventui sufficienter et tempestive de oleribus ac alijs quae domus suppeditare potest, pro quo hortos bene coli et seminari procuret ut vi: tentur expensae minus debitae. 3

Dispensatori tribuat pultes et alia non in mensura minori prout solebat alias, sed in maiori. Coercendo v. g. vel duos tribuendo ei ex singulis Conventui suppeditandis ut sic verificari possint expensae Conventuales dum a dispensatore et Procuratore seu Factore connotabuntur. 4

Saeculares servientes arceat a mensa Fratrum, et fercula portari curet per unum ex minoribus Fratribus. 5 Nullum permittat aliquid portare a mensa, nec ipse portet vel tribuat sed hoc providentiae dispensatoris concedat. 6

Pannum nigrum Ecclesiae quem mutuo cuidam dedit conservari curet. 7

Abstineat a commodatione supellectilis Eccl. praesertim argenti, et in hoc delinquentes Sacristas acriter puniat.

Piscinas mundari curet et de piscibus provideat. 8

Subditos gravius non tractet, et si quid corrigendum in eis in: venerit, pro affectu Paterno se gerat. f. c. 9

VISITATIO

Conventus Sandomiriensis

Anno 1653

Aprilis Vigesima Tertia

Adm. R. Sebastianus Laskowic S. Th. D. Definitor et in causa Visitationis Conventus Sandomirien. et ad eum pertinentium lo: corum bonorum et personarum ab A. R. P. Hyacintho Soboski Magistro Pro: vinciali Commissarius et Visitator deputatus, convocatis ad sonum cam: panae ad Capituli locum, R. R. P. P. et Fratribus dicti Conventus Sandomirien. praesentavit litteras suae Commissionis seu deputationis in Visitatorem de data 19 Aprilis Anno praesenti emanatas, easque pu: blice legi, audiri admitti et iuxta earum tenorem Iurisdictionem obten: dari petiit. In praesentia A. R. R. Theophili Patrzycki S. Th. D. Visitatorii Socij, Antonij Dąbrowicz Praedicatoris, Andreae Banski Vi: cepraefecti. Bernardi Opolski, Francisci Jankowicz Conventuatorum actu Presbyterorum, Michaeli Koboszowsky Diaconi, Benedicti Sapinski

als Andraszkowicz Clerici, mandatum Visitationis humiliter recipien-
tium et sese eo consentientium ac Visitationi, correctioni, reformati-
oni se subijcientium, ac fundationem iurisdictionis fieri petentium. Quam
A. R. D. Comissarius supramemoratus auditis sup hoc D. Frum Sententijs ne-
mine impugnante fundauit, et indixit Vt oes et singuli parati sint ad
dandam informationem de rebus ad regimen tam spuale quam tempo-
rale pertinentibus, ad faciendu ex suis administrationibus calculum p.
et ea quae opus Visitationis et tempus exquirit.

Aprilis Vigesima quarta.

Visitationem Eccliae et ad eam pertinentium instituit A. R. Comissarius
in ea postquam Vidisset SSmum Eucharistiae Sacrum recenter renouatum
et cum pari deuotione in ciborio conseruatum, ac Altaria pro posse or-
nata, ad reuisionem Eccliae supellectilis se contulit, eamq cu anterioribus
registris et inuentarijs collationatam in aliquibus defectuosam reperit
proinde ingrendum decreuit ex Sacrista et R. Praeposito prout requisiuit de
authore psenti defectus seu subtractionis aliquot rerum argentearum, eum
q nominari et causas subtractionis in instanti proferri et manifestari ma-
dauit. Resolutione in crastinum dilata.

~~Ex eodem Caplo visitatores honorum assignauit. Et quidem pro Pdio
Pelczyn R. R. Bernardum et Michaelem, pro villis vero Glowa et
Wyprzky R. Stanislaum destinauit quatenus frigerent et mensurarent
et notarent eam remanentia in granarijs horreis~~

Cui mandato satisfaciendo R. Praepositus Sandomirien. reddit pdictas partes
aueptas a Fre Joanne Gauinowsky pro tunc Sacristiano et nunc Cracou.
degente, cum suatri no adeo expressa licentia, ad effectum conficien.
de Crucis argenteis et alios dictae Eccliae ad ornamentum pertinentium.
Et Adm R. Comissarius negotium praesens cum toto suo effectu ad A. R.
Prulem et inquisitionem in Conuentu Cracouien. in quo pro tunc pradictus Fr.
Joannes manet reijciendu decreuit prout et reiecit.

Tandem instituit calculum cum R. Andrea Bansky Hoplis Prouisore ex
oibus prouentibus, eleemosynis, Censibus, Expensis ad Hoplem S. Spus spectan-
tibus, in quo manifeste apparuit praedictum R. Prouisorem habuisse Per-
ceptae fl. 350 gr. 21 Expensae fl. 256 gr. 29 d. 14½ Resta fl. 93
Itat exceptis debitis. proinde laudata eiusdem diligentia et calculo prae-
senti ac Registru scribendu approbatoriam decreuit et subscripsit

Item singulis tam Sacerdotibus quam Junioribus indixit Vt quis eorum pro
conscientia referat Verbo Vel in scriptis oes et singulos Legatores et aliarum
Vltimarum Voluntatum seu aliquas eleemosynarum Contus seu Eccliae S. Spus
Sandomirien. fautores testatores, et manifestet in crastinum in pdictorum materia
Visa aut ab aliquo audita, et informet Vt Contus pro posse ea quae a Benefa-
ctoribus eius gratia deposita sunt repetere possit.

Aprilis

Aprilis Vigesima quinta

Ad requisitionem R. Comissarij circa manifestanda legata pia, et danna tam Spualia quam temporalia quomodolibet comissa et facta admoniti scripto A. R. R. P. P. et Tres sub poena excoii protulerunt infrascripta.

Dni Kapustowiczowa Kristofowa legauit fl. 500 na ogrodzie, Domie, y Sadzie na przedmieściu Zawichostskim nad Wysłą leżącym cum onere absoluendi 2 missarū in Mense, et Anniversario quolibet Anno faciendo. Item Cyny wszytkę na organy.

It. Ciui Sandomirien. Honestus Joannes Gallus Chirurgus legauit ad Altare Misericordiae fl. 75. in paratis quos recepit D. Stanislaus Vminsky, tum medietatem supellectilis totius coram testibus Matthia Wysocky et Stanislao Bernacik

It. Honestus Jacobus Gnoimiszo Lanio et Ciui Sandomirs legauit pro lampade fl. nescitur quot, testamentum extat penes R. D. Parochum Sands. Cand

It. D. Catharina Ciuis Sandomirs legauit certam quotam sepii pro lampade ante Altare Misericordiae extat testamentum apud R. Parochum.

It. Honesta Regina Xiazniczka fl. 100 sunt apud D. Laurentium Kwak.

It. Honestus Joannes Towarzysz Sutor fl. 30 in paratis, guzikow srebrnych N° 18. Szat para, Szabla, extant penes D. Kwak.

It. Clemens cocus in Conuictu fl. nescitur quot

It. Dnus Albertus Karczewsky Ciuis Sandomirien. legauit multa. extat testamentum in Actis Consularib. Sands ingrossatum et acticatum.

It. Honesta Siodlarka Ciuis Sands fl. 20 sup. Domo quadam in Suburbio Cracouien. iacente ad Altare Misericordiae requirendum e ex testibus.

It. Honestus Adamus Sturczinsky fl 50. sup domo sua ad Altare Misericordiae. extat testm apud D. Matthiam Wysocki.

It. Pani Janowa Kowalka argenti duas Marcas bez Lotow 4. pro calice faciendo. R. Franc. Incusauit ~~[illegible]~~ Frem Joannem quod supscriptum argentum penes se retinuerit per tempus aliquod, nec manifestauerit D. Francisco pro hinc reri deati, quare dubitat de fidelitate illius vtrum in integro suprem reddiderit, et petitur examen strictum, vt procedatur tanquam cum suspecto in alijs.

Sub eodem Actu protulit in scriptis quidam querelas con eundem Frem Joannem.

It. Cielcow pare na Kosciol ktore X. Proboszcz na przy sobie trzeba ie zaplacic.

Quas posteaquam legisset A. R. Comissarius serio mandauit R. Prbto vt cum omnibus et singulis creditoribus detentoribus iure medio agat, singulat testamenta seu testimonia depositi faciat prout iuris, alias pro debito bonorum Eccliae augmento.

Eadem die post Meridiem

A. R. Comissarius mandauit D. Prbto Sandomirien. Vt de omnibus prouentibus tam agrarijs quam censualibus, seu alijs quomodocunque nuncupatis, ac eorum expensis, debitis tam actiuis quam passiuis, exacta coram Caplo in psentia sui reddat rationem, ac regestra numeranda discutienda et approbanda siue reprobanda proponat. Cui mandato satisfaciendo D. Prbtus imprimis produxit Crescentiam Anni 1632. ac eiusdem triturationem, et hanc non integram. Expensas autem totius grani se non scripsisse ob morbum continuum quartanae quo pestis tunc afflictabatur, nec eiusdem rationem facere posse respondit, nihil in hoc fraudi aut dilapidationi comissum et perpetratum cum lachrymis protestatus est, proinde ex his rationibus petijt sibi ignosci et ab imputatione liberari. Et A. R. D. Comissarius auditis supscriptis ~~[illegible]~~ expo:

nentis

rent rationibus ac considerato eo quod Negotium praesens circa rem gravissimam versatur, illud cum toto suo effectu ad Definitorium discutiendum reiecit. Regestra tamen Perceptorum ac Expensarum pecuniarum ac debitorum sibi produci ac ex eisdem rationem fieri mandavit calculatori in Crastinum termino assignato.

In eodem Capitulo Revisores bonorum assignavit. Et quidem pro praedio Pelczyn RR. PP. Bernardum et Michaelem, pro villis vero Glazow et Wieprzki P. Franciscum destinavit, quatenus viderent mensurarent ac notarent omnia remanentia in granariis, horreis de statu domus et familiis inquirerent, et connotata fideliter ad Sessionem ad Capitulum Sanctum referrent.

Aprilis Vigesima Sexta

Revisores bonorum die praecedenti assignati et destinati, produxerunt Copias executionis sui Officii in quibus totum statum villarum et praedii descriptum, quem A. R. P. Commissarius lectum in Capitulo A. R. P. Provinciali praesentandum in conventu Fratrum Cracoviensium reservavit. Item calculatorem Expensarum et proventuum pecuniariorum a R. P. Priore fieri mandavit, qui satisfaciendo mandato regestra produxit rationem fecit a die 1. July An. 1652 ad diem praesentem et Annum, demonstravit Percepta ex rebus ad Conventum spectantibus

fl 1610 // 6.

Ex Eleemosynis ac aliis ad Ecclesiam spectantibus

fl 142.

Concessos apud P. Franciscum

fl 100

Pro parte P. olim Chrysostomi acceptos

fl 44 / 25.

In Summa. fl 1897 // 6.

Item Calculationem Expensis pro Conventu, Ecclesia et aliis

fl 1889

Restat fl 8 // 6.

His ut superscriptis expeditis et probatis diligenter inquisivit A. R. P. Commissarius de statu Domus familiis et Hospitiis, quorum plenam ex singulorum visitatione cum recepisset Informationem eandem Definitorio praesentandam reservavit, ac facta exhortatione de mutua charitate et rebus ad religiosam vitam probe instituendam Capitulum solvit.

Visitatio Conventus Sandomiriensis

Anno 1653. die 7. July

Adm. R. D. Sebastianus Paskowicz S. Th. D. Definitor et in causa visitationis Conventus Sandomirs et ad eum pertinentium locorum bonorum et personarum ab A. R. Hyacintho Sobocki Mgro Provli Comissarius et Visitator deputatus convocatis ad pulsum campanae ad Capitulum locum RR. PP. et Fribus dicti Contus Sandomirs praesentavit litteras sui Comissionis seu Visitationis vel deputationis in Visitatorem de data July 1ma Anni praesentis, easque legi publice, audivi, admitti, et iuxta tenorem Jurisdictionem fundari petiit. In praesentia RR. Antony Zaporowicz Subpti. Theophili Patricki S. Th. D. Concionatoris. Bernardi Opolski. Francisci Jaskiewicz Sacerdotum, Michaelis Loboszowski Diaconi Valeriani Zwierzowski Lectoris, Lamberti Pleszczynski Clericorum et actu professorum. Mandatum visitationis humiliter recipientium, et super eo consentientium, ac Visitationi, correctioni, reformationi, se humiliter subyicientium ac fundationem Jurisdictioni fieri petentium. Quam A. R. P. Comissarius supramemoratus, auditis sup hoc Frum sententiis nemine impugnante fundavit et indixit ut oes et singuli parati sint ad dandam informationem de rebus ad regimen tam spuale quam temporale, ad faciendum de suis Administrationibus calculum, et ea quae opus visitationi et tempus exquirit.

Visitatio Ecclesiae.

Eadem dies ad visitandam Eclam, Altaria, Reliquiaria, Supellectilem Coem Eclae descendit, quorum omnium Statum et Numerum collatione facta cum antecedi Regestro in priori visitatione subscriptis, consideravit et pro rei qualitate diligentiam Sacristae laudavit paucis quibusdam correctis et temperatis quae ad meliorem Eclae et Sacristiae ordinem spectarent. Postea prout clar est expeditis, ad executionem praeteritae visitationis A. R. Comissarius descendit, ad cuius effectum paenitentias aliquibus pro certis defectibus per Definitorium datas et assignatas per Frum legi et publicari fecit, ac eandem a die hodierna incipi et obiri sub poena Excommunicationis mandavit.

Visitatio Hospitis July 8va

Rationem reddidit Perceptarum Expensarum R. Bernardus Opolski

ex qua

ex qua clare apparuit illum percepisse a Praedecessore et Censibus Ho-
spitale concernentibus fl 52 Expendisse fl ß 16. Prorsus restan-
tes fl 42 ß 14 in Caplo deposuit. Cui pro diligenti administratione fa-
ctae sunt gratiae.

Item. Mandatum est A. R. Praeposito Sandi. Ut ipse curam et ad-
ministrationem Hospitalis tam in spiritualibus quam in temporalibus sustineat quam-
diu eidem a dispositoribus villarum visitationibus propter Factori continua ibi-
dem praesentiam liberatus est, et 42 fl a R. Bernardo depositatos
realiter et in effectu recipiat. Cum eodem R. Praeposito visitavit
A. R. Commissarius Hospitale ac personas in eo degentes, ac de omnibus illarum
necessariis, et sibi exhiberi solitis diligenter inquisivit, et noviter insti-
tutum Provisorem serio admonuit ut pro officio et iuramento corporali
iam alias in Caplo Generali exhibito sursum habeat exemplar prom-
ptus servitiis pauperibus exhibendis, iisque ministret in omnibus prout
decet Hospitalis Praepositum et Provisorem. Tandem ad videnda
victualia pro Hospitali a R. Andrea Banchi praeterito Provisore reli-
cta descendit, quibus repleta omnia dolia invenit, eaque ad ministrandum
et dispensandum personis in Hospitali degentibus R. Praeposito reddidit.

Julii Nona.

Proposuit R. Praepositus Sandomiriensis quod pestis tempore pro Ho-
spitali ac personis in eo degentibus multa expenderit ex proventibus
ad Contum mere spectantibus, petiitque eandem summam Contui ex
proventibus Hospitalis restitui, et ad meliorem rei comprobationem Re-
ceptorum et Expensarum instituit rationem, ex qua liquido apparuit
eum percepisse a R. Provisore Illmo D. Comite et relictas
post mortem diversorum personarum in Hospitali mortuorum fl 323.
ß 7. Expendisse autem fl 438 proinde supra receptam expen-
disse fl 114 ß 23. quos in continenti petiit sibi restitui et Contui
eiusque necessariis dari et applicari. Et A. R. Commissarius Pcul
sa de veritate Scripturarum et regestrorum diligenti admonitione prae-
dictos florenos ex proventibus Hospitalis dandos, numerandos, et a Fa-
ctore recipiendos decrevit.

In eadem sessione reddidit rationem receptorum et expensarum pro ne-
cessitatibus domus et Ecclesiae Sandomiriensis pestis tempore R. Franciscus
et demonstravit percepisse a R. Praeposito ac aliis fl 47 ß 13. Ex-
pendisse fl 39 ß 26. Debitorem se esse fassus est fl 7 ß 17.
quae omnia petiit a R. Commissario probari et ex iisdem media sub-
scriptione quietari. Et A. R. Commissarius auditis rationibus super hoc Sen-
tentiis, visis expensis et diligenter trutinatis, quia advertit R. Franci-
scum aliqua liberius expendisse quam tulit necessitas, proinde decrevit
ut idem pro 7 flor. quos reddere debuit Contui reddat in effectu
et persolvat fl 15. decreti praeti rigore.

Eadem die instituta est calculatio Perceptorum et Expensarum a R. Praepto Sandomirien. post praeteritam visitationem usque ad adventum Fratris Valeriani Instituti Factoris Sandomirien. In qua demonstravit Percepto: fl. 145 / 20 Expensos fl. 69 // 15. se debuisse Conventui dixit fl. 76 / 5. Quos reddidisse Conventui liquido patuit quia Factori instituto reddidit plures florenos sitt. 138.

In eodem Capitulo Adm. R. Commissarius reposuit summam fl. 250 a R. Andrea Banski olim Sandomirien. Hospitalis Provisore receptam quos pro Hospitalis necessitatibus ut pote ex eiusdem proventibus collectos converti et expendi et in communi Scrinio conservari mandavit.

Item: inquisivit ex singulis de Regula et de Constitutionum observatione Ecclesiae et Hospitalis ministerio, rei familiaris et Domus ordine petijt in his et alijs omnibus ad correctionem, reformationem et instructionem pertinentibus se informari et doceri. Quibus omnibus habitis et statu rerum probe intellecto et perspecto defectus aliquos correxit et ad charitatem rite obeunda Ecclesiae Hospitalis munia cohortatus est ac Capitulares solvit.

Constitutiones ex hac Visitatione relictae.

Fr. Factor reponat in Scrinio communi pecuniam Perceptam qualibet Septimana Clavaryi consignet, ac ab iis pro exigentia recipiat. Negotia, Contractus, Locationes non celebret ad summam florenos 50 pertingentes. Similiter et aedificia eandem summam excedentia. Consilium incat quolibet die Dominico de re familiari cum Adm. R. R. Clavaryi.

R. Bernardus in consilijs rem familiarem concernentibus vocem non habeat, nec alios reprehendat.

Adm. R. Praepositum non perturbet Factoris Officium nec habeat potestatem eleemosynas notabiles, donationes, contractus, inconsultis Clavaryi faciendi.

Item Summam quae 20 fl. excedat ex bonis Hospitalis vel Conventus collectam apud se non retineat, sub excommunicationis poena, sed eam Clavaryis dum eorum habuerit copiam consignet, ab iis recepturus, si aliquo habuerit opus.

Sit solicitus in exigendis Censibus ad Conventum vel Hospitale spectantibus ac de iis exigendis moneat litium promotores.

Exequatur solicite omnia quae in Constitutionibus reformationibus et alijs mandatis desuper emanatis continentur, nec sibi subiectis vagandi, litigandi, et liberius vivendi concedat facultatem.

Conventus Sandomiriensis Visitatio Anno 1654 Ianuarij Vltima:

Adm R. D. Sebastianus Paskowicz S. Th. D. Defi
nitor et in causa Visitationis Conttus Sandomirien. et ad eum per
tinentium locorum bonorum et personarum ab A. R. P. Hyacintho
Sobocki Magro Prouli Comissarius et Visitator deputatus,
per sonum campanae oes PP. et FF. in Contu Sandominen
degentes ad locum Capituli conuocauit, illisq intentionem suam
in eo esse manifestauit, Vt Conttum, Ecclae Ecclam, Personas
ac oia bona ad eundem Conuentum et Domum pertinentia
visitaret, corrigeret, reformaret iuxta tenorem literarum suae Co
missionis et Deputationis a Praedicto R. Prouli emanatas. Qua
die Anno Psenti, casq publice legi, audiri, admitti,
Iurisdictionemq fundari petiit. In praesentia A. R. Antonij Za
partowicz Praesiti R. Theophili Patricki S. Th. D. Conuentatoris
Rdi. Bernardi Opolski Francisci Jaskiewicz Sacerdotum ac Fra
trum Joannis Gacinowitz Diaconi Valeriani Fantoris Crzezowski Lauren
tij Blechinski Clericorum et actu professorum in Conttu Sandominien de
gentium. Quorum submissione et obedientia erga superiores lau
data sac Officium Mandatum Superioris nemine impugnante Iu
risdictionem Visitationis fundauit. &c.

Ecclae Visitatio.

Post celebrationem Missae, cum ea qua decuit reuerentia pixidem
argenteam cum Venli Sacrmto e ciborio recepit, decenter ornato et se
ratura bene munito, in qua inuenit aliquot hostias pro usum et usu
infirmorum in Hospli degentium ministerio conseruatas paucis retroactis
diebus consecratas, sanas non corruptas, casq demum inclusas una
cum pixide in supradicto Ciborio cum summa reuerentia reposuit. Tum
demum Vasculum cum oleo Infirmorum vidit decenter factum et orna
tum, posthaec ad ulteriorem Ecclae Visitationem se contulit.
Et in primis Psentari sibi iussit Monstrantiam, reliquiaria, Calices, Can
delabra et alia ex argento facta, tum demum Casulas, Antipen
dia, Cappas, Dalmaticas, Bursas, Vela &c. &c. quae cum anterioribus

Legcthi et augmentario collata, inventa sunt in eodem Numero, licet non in eodem statu ~~[illegible]~~

Quorsorum Ofertim totius Supellectili Ecclesiasticae Registrum seu Inventarium fecit, quod sequitur.

Eccl[es]ia S[ancti] Sp[iritu]s Con[ven]tus Sandomirien[sis]

Rerum et Supellectilis eiusd[em]

INVENTARIUM

Monstrancia wszytka złocista, na sedes albo nodze białey nie dawno nowo zrobioney.

Na tey Monstrancyi korona Axamitna perlami astowana, na teyze koronie ferctow osm.

It. Na teyze Monstrancyi koronka na lubku złocistym w kwiaty białe srebrne.

Anno eodem Die 12 May Instituta sessio. In qua A.R.P. Praesidens requirebat reddendam rationem ab AA.RR. PP. Deputatis de calculatione regestrorum Contus Crac. Qui asseruerunt se habuisse plurima regestra multorum Procuratorum huius trienny sed Primi Procuratoris R. Bridamiani confusa imperfecta et imperceptibilia retulerunt. Circa quod decretum est ut dictus P. Procurator iustificaret se quare sic regestra male parata haberet qui dedit has rationes: Quia erat distractus uariis negotiis quia non ipse solus rem oeconomicam tractabat sed ab A.R.P. Priore Alexandro impediebatur. Ex eadem occasione R.P. Casimirus Kopacki se grauatum et iudicatum plauit. Alii RR. Pres qui se dicebant eo tempore fuisse dispensatores affirmarunt uaria frumenta quae in regestris non sunt connotata fuisse sub clauibus et dispositione A.R. Pris Prioris. Et post multas hinc inde factas excusationes adinuentum est utrumque culpandum et iudicandum esse et P. Procuratorem de negligentia et A.R.P. Priorem de praeiudicio facto Constitutionibus qui impertinenter et indebite sese intermiscebat et impediebat Procuratorem. Ad ferendum decretum terminus in aliud tempus reseruatus.

Die 13 May Instituta sessio In qua iterum A.R.P. Praesidens urgebat continuationem Regestrorum Contus Crac. Sed AA.RR. Deputati asseruerunt se non posse deuenire ad finem huius calculationis propter nimiam confusionem et diuisionem perceptarum et expensarum factas per A.R. Patrem Priorem et mutatos uariis temporibus multos Procuratores. Et requisiuit consilium quis sit culpandus allegarisque hinc et contra rationibus conclusum est utramque partem esse in culpa magis tamen A.R.P. Priorem uidebatur fuisse in culpa tanquam superior non debens se immiscere seruiliter in res oeconomicas. Terminus ad ferendum decretum post scrutinia secrete facienda dilatus est.

In eadem sessione circa regestra Contus Calisien RR.PP. deputati retulerunt quod fuerint calculata et non nullius tamen fuit oppositio praesertim ratione contractorum debitorum et non persolutorum neque annotatorum. iniunctum igitur est A.R. Pri Exproposito Cypriano Sporkowic ut inscribat omnia in regestris quae sunt soluta quae uero restant soluenda subscriptio reseruata. Deinde requisitus A.R.P. Exprepositus quatenus redderet rationem cur expensa superet perceptum respondit se de proprio peculio alias prouentu suis modis adinuento plura expendisse quod non debet intrare in obligationem exsolutionis a Contu praestare.

Post haec A.R.P. Praesident mandauit quatenus Reuisiones inuentaria omnia producerentur. Contus Craconien reuisionem non produxit ratio nulla sufficiens data est. Aliae reuisiones praesertim Contus Calisien productae. Plebaniae Biskupicen inuentarium solum ex quo producto patuit Apparamenta seu ornamenta Ecclesiae aucta esse ex benefactorum largitate seu oblatis ad quod etiam A.R.P. Plebanus asseruit se concurrisse in quo ipsius fidelitas et industria laudata est. Regestra Praepositurae Stauisinen non sunt producta. Sed RR.PP. Capitulares considerantes tenuitatem illius loci prouentuum iudicarunt esse minus necessaria sed sufficere pro illo loco inuentarium quod fuit diminutum debita etiam nonnulla ab Antecedanes R. Pre Praeposito Antonio Szydlowski contracta et non exsoluta Ratione quorum attentis decretis Capti Prioris praeteriti et decretis Capti Crac. factis contra ipsum praefatus R. Antonius obligatus est ad faciendam exsolutionem florenorum 50 pro monstratorio praefatae Praepositurae pro Ecclesia comparando ordinatorum et pro ipsum expensorum. Modernus uero R.P. Exprepositus Damianus Staszewski produxit debitum per se contractum floren 200

In hac sessione A.R.P. Praesidens declarauit se descensurum ad scrutinia secreta extra Capitulum facienda. et sic soluta sessio

Die 14 Maij Instituta de more sessione A.R.P. Praesidens exposuit Capitulo se audiuisse secreta scrutinia praesertim contra A.R. Patrem Expriorem Alexandrum Wieckowic quo ad spiritualia institutae Et quoniam haec secrete sunt facta ad formandum ferendumque decretum electi per Capitulum uota deputati iudices seu Assessores A.R. Pri Praesidenti additi A.R.P. Bonifacius Slaszynski et Prouincialis A.R.P. Cyprianus Exprepositus Calisien circa R. Prem Secretarium Marcellinum Szeligowski fuerunt propositae Exceptiones quae uolebant illum eximere ab hoc iudicio sed decisum est ipsum utinam Secretarium ad hunc actum omnino necessarium non posse excludi siquidem non ut iudex sed ut Notarius assisteret iudicio quod et factum. Et in loco Capti eadem die et sessione A.R.P. Praesidens cum AA.RR. PP. Deputatis Assessoribus et Secretario habendo prae oculis Christum Dnum Crucifixum et Sanctam iustitiam eius instituto formali iudicio contra citatum R. Patrem Alexandrum Wieckowic Expriorem depositiones et multas querelas per scrutinia secreta factas et in charta connotatas communicarunt sibi et legi fecerunt postea ipsum R. Prem Alexandrum Expriorem coram iudicio suo personaliter apparentem de singulis punctis contra se propositis interrogauerunt

et auditis ipsius iustificationibg a R. Secretario notatis post secessu ipsius commonicato consilio
eiusmodi decretum formauerunt.

Quoniam patuit manifestumq est qd R. Pr Alexander Wieckowic ptunc Exprouis in multis
latus in multis deliquit nec se emendare potuit ideo sic ratione quorundam defectuum notabil
religiose corrigitur seu admonetur.

Missas 30 pro peccatis suis tenetur omnino absoluere disciplinas 5 priuatim faciet R
uero delicti certi in quo publice deprehensus fuit Altare maius ad Ecclesiam S. Spiritus propri
ptu auro puro et mundo deaurari curabit. Ratione grandis irreuerentiae seu abusus sacrosancto Eu
charistiae Satramento in Ecclesia Biskupicen illatorum ieiunabit priuatim per duas hebdomada
Ata sexta et Sabbatho. Item pro pixide deauranda eiusde Ecclesiae reponet in Capto exnunc
prandium floren 50. Ratione Burcani Wolbromensis reseruatur Calculatio futuro A.R.Pri Pro
uienda interim oneratur in conscientia ut si sibi conscius est de illata iniuria fundationi
Burcani satisfactionem seu restitutionem faciat lites occasione percepti ptati Burcani il
cepti proprio sumptu finiat seu componat. Florenos 30 ex sorte A.R.Pris Praesidentis Berna
Kowiecki p se acceptos reddat. Ratione fratrum seu Patrum oppressionis dure et contumeliose
etatorum omnibus deprecationem in Capto faciat. Simitr Religiosae Virgini Teresiae ipse
assumpto A.R.Pre Bonifacio Slaszynski ad portam earum faciat adhuc durante Capto Prouin
sus post demortuos Pres in Contu Sandomirien acceptos reddat simitr horologium eide Contu
fata Pris Sebastiani Golaszewic applicatum reddat futuro A.R.do Prpto illiq loci. In recompens
cuniae pro supellectile Pris Theophili defuncti diuenditae in summa floren 80 coclearia Argen
p se redempta seu uindicata computando pecuniam p uindicatione datam in summa ptatorum 80
uentui Crac reddat et reliquum qd supererit ad computum floren 80. Summa floren 100 p
gati Pribq Contus Crac ptunc psentibus reponat Item floren 90 R. Pri Raphaeli accep
Ratione decisae manipularis inductae p subditis suis Wronicensibq p sua auiditate
colligenda pecunia obligatur quatenus curet eandem secundum antiquam consuetudinem pau
cari seu redire in pecuniariam suis modis et mediis. Et quoniam patuit ex regestris al
bus cum non omnia sint parata ob praepeditiones illiq et assiduas eius darnio et ruina
communis mutationes Procuratorum nulla ipsum habere documenta praetesi debiti decernitur
se posse ostendere debitum apud Contum Crac. Pro reliquis uero tam quo ad Spiritualia
temporalia ipsius defectibus sumptis in communi priuatur uoce passiua et declarati
bilis ad officia seu dignitates Religionis ad triennium titulo uero Pris Prouinciae gau
et eius priuilegio uten. Ut autem haec omnia non sint in uanum decreta sed suum to
sortiantur effectum referendo nos ad pteritum Captm Prouinc sub iisdem poenis contra S
ophilum ptunc Prouinc statutis et latis decernimus ut intra spacium sex mensium decre
expleat. Executio horum omnium A.R.Pri Prouinci futuro post elapsum spatium sex mensium com

Formatum et latum taliter decretum ipsi ptato R.do Pri Alexandro Exprouli intimatum seq
in omnibus et singulis punctis ab ipso acceptatum est p quo cautiones fecit et subscripti
facere promisit

In eadem sessione Querela A.R.Pris Cypriani Sporkowic Expropti Calisien contra Prem
Kognacki publice proponebatur et discutiebatur. Et exauditis ab utrinq prolatis iustificatio
emendatius rationibus formatum est decretum. Captm praesens considerans pcedentibq mult
nitentiis et aliis concurrentibus circumstantiis circa Pris Casimiri Kognacki delictum f
contra uotum obedes debitae superioribus idem Pr Casimirus deberet quidem grauius
rigorem iuris puniri sed tamen eius moderamine sic corrigitur. Psalmus miserere in R
flexis genibus dicet disciplinam in choro tempore litaniarum faciet item deprecation
blicam A.R.Pri Cypriano suo ptunc Superiori ad mensam in Refectorio. Et in posterum su
nis grauissimis Superiorum arbitrariis similis ausus eide Pri inhibetur.

De licentia R.Pri Danieli Zabocki ad aulam Illrmi Dni Mareschalci Curiae Regni actu
cessum et de ipsius gremialitate in Contu Cracouien exceptis Censibq et carbonam Gratitu
erga Contum hunc Crac amori eiq erga S. Religionem commendata qui sponte obtulit se dat
gulis annis p florenos 100 in bona moneta.

Eadem die post prandium instituta est sessio. In qua Urgentibus R.R.P.P. Capitularibus de
contra R.Pem Alexandum Wieckowic Exproutem p A.R.P. Praesidentem et R.R. Deputatos
formatum et latum publice lectum est et in actis ingrossandum esse decisum non fuit sed ad
dilata decisio. Interim intimatio Electionum omnium declarata Et soluta sessio.

Eadem die post prandium Instituta Sessio in qua RRPP. Capitulares instabant quatenus decretum contra R.P. Exprouinc. electo Capitulo indicii lato publice in Capitulo legeretur et in acta Capitularia ingrossaretur, qd negotium dilatum ad Cras et Soluta Sessio.

Anno eodem Vt Supra Die vero 15 May Adm Rdus Pr Praesidens conuocato de more Capitulo actum de legendo decreto contra A.R.P. Exprouinc. lato continuauit requirendo iterum eiusdem declarationes ab A.R.P. Exprouinc. utrum acceptet nec ne decretum contra se latum qui se libenter illud acceptare asseruit Et decisum de inserendo in Acta praefato decreto.

Eadem die et sub eodem actu A.R.P. Praesidens opposuit contra me pro tunc Capituli Prouinc. Secretarius Sit Marcellinum Szeligowski qd habuit in Scrutiniis secretis oppositum videlicet quia ego iuxta decretum Perillustrium ac Rssimorum Commissariorum ab Illmâ Nuntiatura sub Eminentissimo Episcopo Cardinale Salauicino pro tunc Nuntio Apostolico deputatorum contra me latum obligatus sum et obligor ad exsoluendam summam mille quingentorum florenorum Polonicalium ad quam oppositionem proposita charta certa Successionis me concernentis petij responsum Capituli et facto recessu post mutuam consultationem declaratum est mihi iterum ad Capitulum vocato me esse habilem ad omnia Officia, Sessionates et dignitates Religionis et gaudere actiuitate utriusque Vocis in Capitulis et semper.

Sub eodem Actu Literae a Rssima Abbatissa Sanctimonialium Corporis Sancti in certa materia scriptae lectae et acceptatae sunt

Supplicationes variae post Electionem Prouinc. legendae reseruatae sunt

Deinde ad cautelam secundum Constitutiones Ordinis A.R.P. Praesidens omnibus generalem absolutionem dedit

Eadem die post solenne sacrum Votiuum de Spiritu Sancto secundum morem absolutum A.R.P. Praesidens cum omnibus R.R.P.P. Capitularibus Superpelliceis et almutiis induti in locum Capituli descenderunt et facta Exhortatione desumptis Verbis ex Epistola S. Pauli Apostoli: Oportet Episcopum &. Et ad ualide et canonice instituendam electionem iuxta praescriptum Constitutionum A.R.P. Praesidens requisiuit Vtrum habeat quis aduersus aliter querelam et an sciant aliquem Canonico impedimento irretitum ex qua occasione contra nonnullos R.P. quinquennium non explentes oppositum sed ex Serijs Canonibus pluribus rationibus ex parte illorum eos nulla ratione esse excludendos. Ex eadem occasione R.P. Paulus [illegible] obiectum est se uelle intra quinquennium suam professionem reclamare respondit nolle et non posse cum non habeat legitimas rationes reclamandi tum data eidem admonitio ne temerarie similia loquatur. Et sic sopitis omnibus contentionibus decisum ac conclusum est omnes esse capaces et habiles ad Canonice electionem instituendam. Deinde lectus est catalogus gaudentium utraque uoce qui fuerunt numero 17.

Sub eodem actu uiua et clara uoce in Scrutatores electi sunt R.P. Gabriel Szczesnowski et R.P. Nicolaus Krolik. Postea schedis omnibus distributis. Sic prima uice instituta electione Vota fuerunt A.R.P. Bonifacio Slaszynski vota septem R. Alt. P. Cypriano vota duo R.P. Marcellino vota 8. Et cum in nullo superauerit numerus medietatem eligentium qd requiritur ad Canonicam electionem iterum distributis Schedulis repetita electio quae sic processit concurrerunt 17. A.R.P. Bonifacius habuit uota 7. A.R.P. Cyprianus vota 1 R.P. Marcellinus vota 8. R.P. Joannes vota 1 quae Electio cum sit similis priori. Descensum est ad Compromissores eligendos circa quos instituta secreta electione cum non conuenissemus nec ultra contra Constitutiones procedere possemus infectis rebus discessimus recursus ad quos de iure facturi.

In Nomine Domini Amen.

Acta Commissionis & Capituli Electionis Novi Provincialis Ordis Canonicorum Regul. S. Spiritus de Saxia Conventus Cracovien. Sub Praesidentia Perillis & Reverendissimi Dni Stanislai a Slupow Szembek Dei & Aplicae Sedis Gratia Epi Dionisien. Suffraganei, Canonici Vicarij in Spiritualibus et Officialis Gnlis Cracovien. uti Commissarij ab Illsmo & Reverendsmo Dno Andrea Sancta Crucio Archiepo Seleucen. Regni Poloniae Nuntio Aplico ad specialiter deputato formata.

Sessio Ima.

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto Die Vndecima Mensis Januarij Perillis et Rndsmo Dnus Stanislaus a Slupow Szembek Suffraganeus Cracovien. Praesidens et Judex ~~Supra~~ Commissarius Supramemoratus receptis literis Commissionis a praelibato Illmo et Rndsmo D. Andrea Sancta Crucio Nuntio Aplico de data Varsaviae die Vigesima Sexta Novembris Anno proxime praeterito emanatis in Suam Personam in Ordine ad Praesidendum Actui Electionis Novi Provincialis et Praepositi Conventus S. Spiritus Cracovien. Ordinis Canonicorum Regul. de Saxia, ac ad cognoscendum & disiudicandum Super certis punctis directis, Sibiq praesentatis, acceptataq Jurisdictione vigore illarum ad Ecclesiam S. Spiritus descendit ibidemq praemisso Missae Votivae per se de S. Spiritu Sacrificio ad Stubam Capitularem se contulit, et dato pulsu campanae convocatisq Religiosis Patribus repetita S. Spus invocatione coram ijsq exhibitis praedictis literis Commissionis, easq publice legi mandavit. quibus perlectis insistendo ijsq Jurisdictionem Suam Commissorialem de consensu omnium fundavit se Judicem Commissorialem et Praesidentem legitimum pronunciavit, ad conscribenda acta et decreta me Notarium Publicum deputavit. Interea regimen Domesticum Conventus Sibi uti Praesidenti incumbens, videns se esse alijs gravibus negotijs distentum in locum Sui Rndo P. Marcellino commisit, omnibus quatenus eum revereantur et pro Superiore Suo agnoscant praecepit, literasq indictionis pro eligendo Novo Provinciali extradendas esse decrevit. et interea pendente et durante eorum termino Se iuxta tenorem Commissionis processurum obtulit, et diem crastinam ad ulterius procedendum hora secunda pomeridiana praefixit Penes me Adamo Styrkonski Secretario deputato.

Sessio 2da

Anno quo Supra Die Duodecima Mensis Januarij.
Perillis & Rndsmo Praesidens & Judex Commissarius supra memoratus convocato de more per pulsum campanae Caplo et facta S. Spiritus invocatione, inhaerendo tenori Commissionis in qua quoniam Sibi commissum est quatenus ab immediato Provinciali R. P. Alexandro Wiezkiewic rationes de introitu et reditu proventuum, reciperent, & processus, ac decretum contra eund. in praeterito Caplo non terminato latum revideret. Proinde haec duo puncta commissa dis-

cutiendo quantum ad Ratiocinia decrevit, quatenus dictus Religiosus R. P. Alexander
culationem triennalis Suae possessionis Provincialatus de perceptis et expensis coram Adm.
A. R. Joanne Luczek S. T. D. et Rndis ac Religiosis Patribus Bonifacio Slaszynski
Krolik et me Notario Actuario in praesentia Rndorum PP. Marcellini & Bernardi faciat
in Spatio novem dierum expediat. Quantum ad Processum & Decretum contra eundem
Alexandrum latum visis punitis et contentis dicti Decreti, eoque attento quoniam
per Protestationem quam ad praesens produxit contra hocce decretum produxit fecit, et de
eius ex defectu probationum dixit, ad praesensque probationes Decreti nullis document
ficans, proinde cognitionem dicti Decreti ad aliud tempus sibi bene visum suspen
Tandem R. P. Marcellinus Suo & aliorum Sibi adhaerentium nomine produxit Articulos
da Seorsiva contra R. P. Alexandrum. Qui Rndus P. Alexander huiusmodi Articulis
veros esse negavit, et alias dilationem ad respondendum eisdem dari Sibi petiit. Qui
Dnus Praesidens et Iudex Commissarius eidem dilationem ad diem decimam nonam Mensis
rentis concessit, et pro dicto termino eidem, articulis obiectis Singulariter Singulis
tis directe respondere mandavit. Praesente me Adamo Styrkonski Secretario deputato.

Sessio 3tia.

Anno quo Supra Die Mercurii Decima Nona Januarii.

Peritus et Rndssmus Dnus Praesidens et Iudex Commissarius convocato per Sonum Campanae
modis est Capitulo, & facta S. Spiritus invocatione, in praesentia Patrum praecepit R. P. Alexand
iuxta Decretum Suum immediata Sessione latum, ad Articulos Sibi obiectos in Scriptis
respondere. Qui P. Alexander parendo mandatis responsiones Suas ad productos Arti
Capitulo in Scriptis produxit. Et Rndssmus Praesidens Supra Memoratus lectis articulis
sionibus ad illos datis. Inquisitionem Super negatis articulis tum et contra Factio
praeterito Capitulo causam disruptionis dantes et alios Rndos Patres fomentantes
esse decrevit, eandemque intra tempus Sibi bene visum et commodum se expediturum obtul
declaravit. Praesente me Adamo Styrkonski Secretario deputato.

Sessio 4ta.

Anno quo Supra Die Mercurii Vigesima Sexta Mensis Januarii

Peritus et Rndssmus D. Praesidens et Iudex Commissarius Supra memoratus vocatis ad
Sentiam et Solitam residentiam nonnullis Testibus ex Rndis Patribus pro perhibendo
tis testimonio Super articulis contra R. Alexandrum propositis et Super interrogatoriis
factiosos et eorum artes conceptis eosque Reverendos Patres ad perhibendum testimonium
et ipsis Juramentum corporale Super dicenda Veritate ad S. Dei Evangelia praestare man
Et huiusmodi Juramento ab Unoquoque recepto eosdem Super praedictis Articulis et aliis Interrog
examinandos esse decrevit. et Unum post alios Secreto prout in folijs Seorsivis examina
Praesente me Adamo Styrkonski Secretario deputato.

Sessio 5ta.

Anno quo Supra Die Jovis Quinta Mensis Maij

Perillis et Rndsmus Dnus Praesidens & Judex Commissarius Supra memoratus post absolutum Missae Sacrificium dato pulsu campanae, convocatis Rndis Patribus facta S. Spiritus invocatione, praemissa iterum ad Religiosos Patres paterna exhortatione, insistendo praescripto Constitutionum Ordinis mandavit omnibus Superioribus & Praepositis, Sive Administratoribus reponi administrationes Sua Officia Sigillaq reddi. Qui quidem parendo mandato et quidem R.P. Marcellinus Suo Superioratui in manibus praelibati Rndsmi Dni Praesidentis renunciavit, et in vim vero resignationis literas patentes Sui Superioratus tam et Sigilla quinque penes Se extantia Capitulariter reposuit. Similiter quoque Rndi Patres Carolus Tarecki literas patentes Administrationis Suae Praepositurae Sandomiriensis, Cyprianus Sporkowic Administrationis Praepositurae Calisiensis, Joannes Węckiewicz Curae Biskupicensis reposuerunt et ipsis beneficiis ac Officiis renunciaverunt. Quibus resignationibus et literis patentibus ac Sigillis receptis beneficia praedicta vacare declaravit, et Stantibus Suis impedimentis in locum Sui Superioratum usque ad futuri Prioris electionem Rndo Patri Bonifacio commisit et eius obedire mandavit. Tandem eadem Sessione praelibatus Perillis & Rndsmus D. Praesidens a Rndis et Religiosis Patribus quaesivit Utrum aliquis non habeat aliquid ad opponendum, et an aliquis non habeat contra aliquem querelam et an sciant aliquem Canonico prohibitum impedimento et excludendum a Capitulo. Ad quod quaesitum respondit Fr Alexander Rndum Prem Paulum Berlecki non habere locum ex eo quod in dubium aliquoties vocavit Suam Professionem. Et Rndsmus D. Praesidens hoc audito pro cognitione validitatis huiusmodi ipsiusque professionis A.R.P. Bonifacium et Carolum et me Notarium Actuarium deputavit idque punctum die crastina hora sexta matutina discutiendum commisit. Post haec ulterius iuxta Constitutiones procedendo praelibatus Rndsmus Dnus Praesidens Rndis & Religiosis Patribus quatenus proprium reddant, seu in scriptis denuncient serio praecepit, contra proprietarios Excommunicam promulgavit et eandem in foribus Refectorii in Scriptis manu Sua Subscriptam affigi et publicari mandavit. Deinde R.P. Marcellino et Rndis Praepositis seu administratoribus particularium beneficiorum rationem de perceptis et expensis Suae Administrationis reddere iniunxit et ad huiusmodi excipiendas rationes, et quidem a R.P. Marcellino Exsuperiore Rndos Patres Bonifacium et Danielem, ab Administratoribus vero Praepositurarum particularium Rndos P. Bonifacium et Marcellinum destinavit. Ad extremum ad opponendum contra Rndos et Religiosos Pres si aliquid occurrerit loco Instigatoris R.P. Clementem ex pluralitate vocum electum deputavit Bente me Adamo Styrkonski Secretario deputato.

Sessio 6ta.

Anno quo Supra Die Veneris 6ta Mensis Maj

Perillis et Rndsmus D. Praesidens et Judex Commissarius Supra memoratus insistendo literis Commissionis dato pulsu Campanae praeviaque S. Spiritus invocatione descendendo in cognitionem et discussionem Decreti contra R.P. Alexandrum immediatum Provincialem in praesenti Capitulo lati mandavit Rndis Patribus in Capitulo praesentibus residentibus, et pro tunc eiusdem Decreti Judicibus huiusmodi decretum per aliqua documenta et legitimas probationes punctatim iustificare, idque Capitulariter iussit legi. Quo quidem decreto perlecto, quia per Rndos Patres uti eius Judices legitimis proba-

tionibus non fuit iustificatum eiusdem Decreti omnia fere puncta ex probationibus coram Iud-
cio Commissoriali in parte expeditis tum ex futura Calculatione Rndi Alexandri coram
tis Calculatoribus facienda pendebat Ideo cognitionem huius decreti praelibatus Rndsmus
Praesidens et Iudex delegatus ulterius suspendit et pro sui Iudicii meliori informatione
testium nonnullorum ad diem crastinam sibi reservavit. Praesente me Adamo Styrkowski
tario deputato.

Sessio 7ma.

Anno quo supra Die Martis Decima Mensis Maii
Perills et Rndsmus Dnus Praesidens et Iudex delegatus praenominatus convocato per pulsum
ad Caplo et praevia S. Spus invocatione, insistendo Constitutionibus Ordis, omnibus et singulis
Patribus serio praecepit reddi proprium seu illud denunciari fideliter et exacte in Scheda
habent in sua potestate, sive in Censibus, sive in debitis, aut numerata pecunia vestibus
Supellectili. Cuius mandato parendo omnes et singuli proprium in Schedulis manibus suis
subscriptum reddiderunt, quas Schedulas memoratus Rndsmus D. Praesidens ad se recepit, et cognitionem
huiusmodi proprii reflexioni suae reservavit. Tandem R.P. Clemens oppositor deputatus
quatenus adversus Factiosos procedatur. Et primo ut literae Illmi D. Generalis ad praedicta
Disruptum transmissae legantur, et cur iuxta huiusmodi literarum contenta praedictum Caplum cele-
non fuerit punctum hoc discuti et Factiosos puniri petiit. Qua petitione Oppositoris praefatus
Rndsmus D. Praesidens audita, ante omnia literas Illmi Gnralis deinde actum electionis et cele-
Capli pro combinatione utrum secum concordent legi mandavit. Quibus perlectis quia idem Rndsmus
Praesidens praedictum Caplum non iuxta tenorem literarum Illmi Gnralis celebratum fuisse comperit
literae eiusdem Illmi Gnralis non fuerunt ab initio lectae, et contra mentem eiusdem Illmi Gnralis ad eund
Praesidentem aliqui Patres non vocati nec citati fuerunt admissi, ideo a R.P. Marcellino audivit
literas ab Illmo Gnrali ad Provinciale et Definitores directas subticuerit, immo aliam mentem
mi Gnralis R. Patribus ut omnes admittantur declaravit. Cui quidem Capitulares stans respondit se id
fine fecisse alias ingratum in hoc peccaverit se iudicio et arbitrio Rndsmi D. Praesidentis subm
Et Rndsmus D. Praesidens eius responsione audita punctum hoc et poenalitatem ad aliam sessionem distul
In eadem sessione praefato R.P. Clemens Oppositor, adversus R.P. Casimirum proposuit ratione iniectionis vio-
latam manuum contra R.P. Cyprianum pro tunc Praeceptum Cabsiensem et suum Superiorem ipsiusque concussionem
sanguinolationis petiitque illum puniri et irregularem declarari. Cui R.P. Casimirus se manus violentas in
R.P. Cyprianum iniecisse negavit, sed tantum modum quendam retentionis et alterationi intercessisse cum
dixit et se iam super hoc iudicatum et absolutum esse allegavit. Ex adverso R.P. Cyprianus se talis
huiusmodi passum concussionis per literas suas ad Conventum Cracoviensem et Caplum directas in continenti
stum fuisse replicavit, et de iudicato aliquo sibi non constare intulit. Et Rndsmus D. Praesidens
audita responsione R.P. Casimiri modificate facta, ex quo testimonia super sui percussione et obsanguinatione
per Rndum P. Cyprianum Capli facta eidem R. Cypriano violentam manuum per R. Casimirum in se iniectionem
et sui concussionem obsanguinolationem suffragantibus aliis sibi super hoc facto documentis iuram
corporali comprobare mandavit. Quod quidem iuramentum R.P. Cyprianus dum in continenti se paratum
praestare declarasset dictus R. Casimirus sistendo dilatoriam sui convictionem se reum et culpabilem spo
et libere agnovit, clementiamque et benignitatem Domini Iudicis imploravit. Et Rndsmus D. Praesidens
tenta agnitione facti per Rndum P. Casimirum Capli in iudicio suo Commissoriali facta eandem approbavit
promulgationem decreti in hac causa ad aliam Sessionem distulit et interim dictum Casimirum ab exerc

...dium et divini tamdiu suspendit quousque de sui absolutione non docuerit. Praesente me Adamo Styrkowski Secretario deputato.

Sessio 8va

Anno quo supra Die Undecima Mensis Maij
Perillustris et Reverendissimus D. Praesidens et Judex Commissarius supranominatus convocato per pulsum campanae Capitulo facta Spiritus Sancti invocatione praemissoque brevi Sermone ad Religiosos Patres, eosque ut tenus seposito omni privato affectu, mutuam pacem et charitatem religiosam inter se servent, dissensiones contentiones rancores postponant, offensas sibi condonent et solum zelum ac bonum Communitatis promoveant et ad electionem talis qui Conventui et Ecclesiae ac bono communi utilis et proficua esset procedant, salubriter in Domino co... est. Qua exhortatione facta mandavit iuxta Constitutiones R.P. Clementi deputato Oppositori si aliquid habet contra aliquem ex Religiosis in Capitulo proponat. Qui quidem P. Clemens Oppositor proposuit contra R.P. Marcellinum super eo quod ipse iuxta Decretum DD. Commissariorum summam Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium patrimonii sui Conventui donatam et cessam alienaverit, nec iuxta suam submissionem hucusque restituerit, petens ipsum ad solutionem eius stringi. Qui R.P. Marcellinus Capitulo ad oppositionem respondendo dixit se non habere unde eandem solveret, attamen dum et quando successionem quae sibi competit a quo de iure recipiet, eandem summam se restituturum declaravit. Perillustris et Reverendissimus D. Praesidens supranominatus audita eius declaratione et submissione hoc puncti in aliud tempus distulit. In eadem Sessione R.P. Philippus adversus totum Conventum Cracoviensem pariter conquestus est et proposuit quod ipse summam sui patrimonii propriis Mille Florenorum a qua ipsemet pro sua persona censum percipiebat et pro se tollebat cum suo damno ad se receperit ac eandem in rem Conventus converterit, petiitque eundem Conventum quatenus saltem debitum tredecim hungaricorum per se apud Nobilem et Spectabilem Belli Consulem Cracoviensem contractum ex eo quod ipse non sit solvendo ipsis stringi. Quam summam Religiosi Patres Capitulariter congregati agnoverunt se recepisse et in Conventus necessitatem expendisse. Et Reverendissimus D. Praesidens auditis praemissis huius puncti decisionem ad electionem futuri Provincialis distulit et Sessionem solvit. Praesente me Adamo Styrkowski Secretario deputato.

Sessio Nona

Anno quo supra Die Mercurij Decima Octava Mensis Maij
Perillustris et Reverendissimus D. Praesidens et Judex Commissarius saepe nominatus per pulsum campanae more solito convocato Capitulo facta Spiritus Sancti invocatione inhaerendo literis Commissionis in persona sua extraditis tum et documentis ac instrumentis literatorijs, necnon inquisitionibus expeditis ad instantiam et petitionem R.P. Clementis deputati Instigatoris decreta definitiva contra Reverendos Patres et quidem primo adversus R.P. Alexandrum tulit et promulgavit tenoris sequentis. Perillustris et Reverendissimus D. Stanislaus a Stupow Szembek Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Dionisiensis Suffraganeus Canonicus Vicarius in Spiritualibus ac Officialis Generalis Cracoviensis ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Andrea Santa Crucio Nuntio Apostolico specialiter datus et deputatus ad certa puncta diiudicanda et pro actu electionis novi Provincialis Praesidens et Judex Commissarius. Viso decreto super certis punctis in eo expressis contra dictum R.P. Alexandrum Węgkiewic ExProvincialem sub die Decima quarta Maij Anno proxime praeterito in Provinciali Sessione lato, illiusque contentis bene perspectis, ac meritis negotij punctorum in eo expressorum bene trutinatis et discussis, visa item calculatione de perceptis et expensis summis Conventus pecuniarijs coram Dominis Calculatoribus deputatis facta, eo potissimum attento, quoniam huiusmodi 113
decretum nullis ferme solidis probationibus praemissis est latum, nec ad praesens contenta seu obiecta eidem Patri Alexandro per Judices ipsos et Conventum in Judicio Nostro iustificantur imo contrarium ex Inquisiti-

tione inrotulata in Judicio Nro Commissoriali expedita patet quod obiectorum in multis non sit
Proinde huiusmodi Decretum ex defectu probationum Sufficientium nullum et invalidum fuisse
declaravit. Et nihilominus quia ex dictis ac depositionibus testium Juratorum plene elicitur quod et
Sui Provincialatus Saepius ebrietati deditus fuerat ac Patres et Fratres in huiusmodi ebrietate
ae etiam coram Personis Saecularibus confundebat et quandoque crudeliter et indiscrete tractaverat
Seu Procuratores non receptis prius ab ipsis rationibus contra Constitutiones immutaverat, et notabiles
Summas ad se receperat, nec Clavarios iuxta dispositionem Constitutionum adhibebat, ideo eundem
bilem adinvenit, et quatenus in vim poenae Recollectiones Spirituales in Cella per octo dies faciat
in pane et aqua Feria Secunda et quarta et Sexta ieiunet. calculationem de perceptis et expensis
factam medio corporali Juramento comprobet et residuum pecuniae, tum et Reliquiarum, telam Sericam
alias res penes se existentes Conventui Cracoviensi restituat Statuit et decrevit, eundem in Provincialem
pro hac vice ineligibilem ex rationibus animum Suum moventibus declaravit Salva activa et passiva
voce ac ascensu ad alia beneficia et Officia eidem reservata. Quantum ad illicitum commercium car-
nale cum Cantoris filia eidem obiectum, quoniam per testes Juratos in Suo Judicio examinatos de
huiusmodi carnalis commercij non convincitur immo per eosdem emundatur ipseque in Sui emundationem Ju-
ramentum evasorium quod Sibi Obiectum inhonestatis non Sit reus, proinde eum ad evadendum Juramentum
misit ac eidem in eandem rotam: Quod Carnalis Commercij cum Cantoris filia non Sit reus nec Sibi
praestare mandavit quo praestito vel non, id quod Juris et Justitiae erit decretaturum obtulit. Quod
quidem Juramentum quia ipse RP Alexander tactis Sacro Sanctis Dei Evangelijs in facie Judicij et
iuxta rotam Sibi praescriptam praestitit, ideo eundem ab obiectis liberum pronunciavit, et in futurum
na non Solum coram Deo Sed et hominibus provideat Serio iniunxit ac Patribus et Fratribus ne ex
ullus huiusmodi obiectionem in futurum eidem exprobrare audeat ipsis Sub poenis arbitrarijs per
Superiorem extendendis inhibuit. Insuper quoniam ipse RP Alexander Calculationem per se fa
Super realitate perceptorum et expensorum de et Super eo quod Conventum et Communitatem to
Sui Provincialatus in nullo invidiaverit, medio corporali Juramento ad tactum SS Dei Evangelij p
proinde huiusmodi illius Calculationem approbavit, et residuum in dicta Calculatione penes se restans
ventum eidem restituere mandavit, Decreto praesenti ad praemissa mediante.
Secundo Insistendo pariter documentis literatorijs et Testium Juratorijs contra RP Marcellinum p
ctis et expeditis Decretum adversus eundem Capitulum tulit et promulgavit tenoris prout Sequitur: * Per
Rndsmus D Praeses et Judex Commissarius visis literis Super certis punctis accusatorijs et delat
ad Illmum et Rndsmum Dnum Bernardinum Casalium Domus et Archihospitalis S. Spiritus Can. Regul.
Saxia Commendatorem de data Cracoviae Die Quinta Decembris Anno Millesimo Sexcentesimo
gesimo Tertio manu RP Marcellini Scriptis et per Religiosos Patres Sibi adhaerentes Subscriptis
Sis item alijs literis responsorijs a praelibato Illmo & Rndsmo D. Commendatore de data Romae
Aprilis A Dni 1694 Scriptis et Subscriptis ad RP. Provincialem et Definitores directis, lectis
depositionibus testium Rndorum Patrum Super negotio factionum praevio corporali iuramento examinat
attenta denique aggnitione culpae per RP Marcellinum Sub die Decima Mensis et anni currentis
Capitulo viva voce coram Judicio praesenti Commissoriali et in praesentia Patrum facta, eo quod atten
niam is ipse Rndus Marcellinus cum alijs Religiosis Patribus Sibi adhaerentibus RP. Alexandr
ratione multorum articulorum quos coram Judicio praesenti plene non deduxit, literis Suis privatis
Illmo et Rndsmo D. Generali detulit et accusavit, ad quas literas accusatorias ipse Illmus
Rndsmus D. Generalis respondendo Se nihil velle innovare, Sed ut omnia in pace et charitate fiant

stitutiones circa electionem Provlis ad amussim observent, et qui intervenire Caplo non debeant, nulla admittant, intentionem suam aperuit et declaravit, attamen literas huiusmodi responsolias dictus Marcellinus subticuit et celavit, nec easd ab initio Capli inchoati Patribus ostendit et legit, imo ut ex omnium Patrum depositione Iuratoria eliciu mentem aliam Illmi et Rndmi Dni Gnlis ut licet omnes ad Capitulu intrent publice et Capitulariter sinistre interpretatus est et propalavit, huiusmodi assecutatione omnesque ad Capitulu et dand vota Praesidentis induxit et admisit, contenter quasi primus fomes factionum extitit, et ex occasione suppressionis contentorum in literis Illmi Gnlis causam disruptionis Capli dedit, exindeque Authoritatem Illmi Dni Gnlis laesit. Proinde ratione huius factionis et indebiti progressus punibilem adinvenit. Et licet respectu praemissorum graviores poenas promeruerit, nihilominus tamen de benignitate sui ductus ad mitiores condescendit ac eund poenas pro hac vice voce passiva privavit et in Provincialem ineligibilem salva tamen activa et ascensu ad quaevis beneficia et Officia ex rationibus animum suum moventibus, ipsi reservato declarat. Insuper ut recollectiones spiritus per octo dies in Cella peragat, et veniam per supplicem libellum apud Illmu et Rndmu D Generale sibi dari petat, et cum eand obtinuerit ipsam Caplo praesentet, idemque similem aliam veniam apud Religiosos Patres ex Sceda per Confiteor flexis genibus sibi dari postulet. Statuit et decrevit. In futurum vero ut ab huiusmodi factionibus abstineat eund monet. Post cuius decreti promulgationem quia idem R. Marcellinus illico in facie Capli huiusmodi veniam flexis genibus iuxta Scedam sibi dari petiit et explevit, idcirco praefatus Perdt et Rndmus Praesidens eius indulsit et omnibus Religiosis Patribus Capli congregatis ne ipsi huiusmodi poenitentiam expletam in futurum exprobrent sub poenis gravissimis per Superiorem pro arbitrio infligendis inhibuit Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante.

Tertio insistendo inquisitionibus et testimoniis iuratoriis ac aliis documentis adversus R.P. Casimiru productis contra eund Decretum tulit et promulgavit Tenoris sequentis. Perdus et Rndmus Dnus Praesidens et Iudex Commissarius audita gravi querimonia R.P. Cypriani quondam Superioris Conventus Celsensis adversus R.P. Casimiru super sui pro tunc in Superioratu existentis concussione, obsanguinatione decapillatione protrusione et conculcatione Capitulariter facta, audita quoque Relgsi Clementis deputati Oppositoris pro infligendis poenis ratione huiusmodi temerarii ausus contra eund R. Casimiru instantia visis literis per dictum Religiosu Cyprianu sub die 12 Octobris Anno 1692 conscriptis et ad Capitulu Cracoviense statim post sui concussionem directis. Visa item inquisitione iuratoria tempore Visitationis per Rndu Alexandru Wyskiewicz tunc Provincialem in causa eas... Calissy expedita, insuper attenta agnitione culpae eiusd R.P. Casimiri in Iudicio suo Commissoriali ac in facie Capli viva voce facta, eoque attento quoniam tam ex praemissis documentis quam ex agnitione spontanea constat R.P. Casimirum manus violentas in R.P. Cyprianum protunc suum Superiorem iniecisse, eund iniuriose percussisse obsanguinolasse et in terram prostravisse ac conculcavisse, Proinde eund ratione huiusmodi nefarii ausus et concussionis ultra alias poenas infelius descriptas in Excomm latae sententiae in Canone Siquis suadente contentam incidisse et incurrisse declaravit, et eund pro Absolutione ad quem de iure remisit. Quantum ad inhonestatem carnalem cum Cantoris filia per dictu R. Casimiru R. Alexandro obiectam, visa inquisitione secreta coram suo Iudicio medio corporali iuramento comprobata, ex qua quoniam ratione huiusmodi obiecti carnalis commercii per Testes non convincitur, imo in hoc tam per Parentem Cantorem quam alios Testes iuratos relevatur. Idque R. Alexander in sui exonerationem se ad iuramentu corporale quod obiecti inhonestatis carnalis cum dicta Cantoris filia non sit reus, nec sibi conscius praestandum tradit. nec id R.P. Casimirus suo testimonio ratione delati criminis eund convincere potuit ex quo ipse Delator fuit et praesumatur ex odio et rancore ex occasione nonnullorum Iudicatorum contra se per R.P. Alexan-

Ordum pro tunc Provincialem latorum testimonium deposuisse, propterea eo considerato quod huiusmodi recti ordinem praesumptum contra charitatem fraternam et Sacram Religionem coram multis etiam saecularibus divulgavit, et per hoc infamiam ac ruborem toti Religioni incussit, pluribus et alys motivis, eundem punibilem adinvenit, et licet graviores poenas ob praemissa promeruerit, nihilominus attenta ipsius culpae agnitione cum eodem benignius procedendum esse decrevit. Ideoque quatenus ante omnia deprecationem solennem exhibeat Rndis Cypriano et Alexandro faciat, carcerem formalem per duos Menses in Superiori fornice sibi habeat, recollectiones spirituales in Cella per octo dies peragat ac tempore Recollectionum Ferias Quartam et Sextam in pane et aqua ieiunet ac praedictas Recollectiones in Refectorio per Psalmum Miserere mei Deus disciplinam semel peragat, ultimo loco per integrum annum ad Mensam sedeat, Statuit et decrevit, eundemque voce activa et passiva ad annum privavit, et ad quaevis Officia dignitates et beneficia per triennium inhabilem declaravit. Et quatenus dictus P. Casimirus in futurum se modestius gerat, et ab impetuositatibus, calumnys et contra Statum abstineat eundem sub poena privationis vocis activae et passivae ac inhabilitatis ad quaevis Officia et beneficia in perpetuum nisi ab Illmo et Rndmo D. Gnali dispensanda relio... et eundem monuit decreto praesenti ad praedicta mediante. Post quorum decretorum promulgationem et publicationem praedicti R. Patres huiusmodi decreta acceptaverunt et ipsi in continenti in parte satisfecerunt Religiosis vero eodem contentis se paritoros obligarunt. In eadem Sessione R. Paulus Berlecki providendo securitati et statui suo Religioso ne de cetero à Rndis Patribus sua professio, cui nullitas Capitulo obiecta est, in dubium vocaretur, petiit se ad ratificandam eandem inquantum opus est admitti seque pro Religioso declarari. Et Rndissimus D. Praesidens petitioni eius annuens accepta informatione et relatione verbali super hoc puncto a Dnis Commissarys ad huiusmodi validitatem vel nullitatem ipsius Professionis deputatis, ex qua quoniam constat dictum Religiosum Paulum diebus circiter undecim ad integralem anni probationem requisito non complevisse, huiusmodi ipsius Professionem Rndi et Religiosi Patres in dubium vocant et ipse de validitate eius dubitat, propterea petitioni eius annuendum esse censuit, ac eum pro huiusmodi ratificatione die crastina de mane faciendam se debite eum praeparare iniunxit, et Sessionem praesentem solvendo cetris R. Patribus diem electionis futuri Provincialis crastinam pro hora octava antemeridiana assignavit. Praesente me Adamo Styrkonski Secretario deputato.

Sessio 10ma

Anno quo supra Die Iovis Decima nona Mensis May. Perill. et Rndissimus D. Praesidens et Iudex Commissarius Supranominatus peracta Missa votiva de Spiritu S. per R. P. Bonifacium Sacrificio dato pulsu campanae ad Stubam Capitularem Conventus S. Spiritus descendit convocatoque Capitulo ante omnia iuxta Decretum Diei hesternae Religiosum Paulum ad eiusdem ipsius postulationem de assensu maioris partis Capituli ad ratificandam suam priorem Professionem admisit. Qui quidem huiusmodi Professionem in haec verba: Ego Paulus Berlecki supplendo omnem defectum si quis in mea priori professione intercessit eandem professionem meam sponte et libere ratifico, me tibi P. Bonifacio et toti Sacrae Religioni Can. Regul. de Saxia ultro trado, votaque Religiosa Castitatis Obedientiae et Paupertatis ad vitae meae tempora servare promitto. Ita me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia in manibus supradicti Perillustris Dni Praesidentis et Rndi P. Bonifacy pro tunc Superioris flexis genibus et positis duobus digitis ad S. Dei Evangelia, emisit et fecit. Quo facto eundem P. Paulum R. Pater Superior pro vero Religioso suscepit. Post haec Supranominatus Perill. et Rndissimus D. Praesidens repetita S. Spiritus invocatione per Hymnum Veni Creator cum versu et oratione exhortationem ad Religiosos ...

[illegible] clarâ Sermone eleganti præmisit eosq ut in Provincialem talem vota darent et sibi eligerent qui
[illegible] Religiosus bonus pius devotus, ac Religioni utilis et proficuus hortatus est. et ulterius ad electionem
[proc]edendo omnes et Singulos RR Patres Capli congregatos ratione prolapsij a Censuris Ecclesiasticis di
[illegible] incurrerunt præmissa per eos flexis genibus Confessione, et reservata sibi ratione huiusmodi prolapsij
[illegible] declaratione in forma solitâ absolvit, quâ factâ absolutione eisdem Religiosis Patribus iuxta
[con]stitutiones suas duos Scrutatores qui Schedulas distribuerent et vota a Patribus expedirent
[elig]i iussit electique fuerunt Religiosi Patres Philippus Ciechanowski et Clemens Sladeck. Qui electi
[illegible] Suo Officio Schedulas nominum Omnium Religiosorum Patrum votum eligendi habentium
[in]ter omnes et Singulos distribuerunt, huiusmodi Schedulis distributis Omnes et Singuli R Patres
[su]o ordine unus post alium, præstito prius flexis genibus ad imaginem Crucifixi iuxta notam in
Constitutionibus præscriptam corporali Juramento, easdem Schedulas Seu vota in Calicem ad id præpa
[ra]tum imposuerunt, et quilibet Modum imposuit. Quo facto idem præfatus Rndissimus Dns Præsidens
[a]ssistentibus Scrutatoribus, me Notario et Omnibus Rndis Patribus dictas Schedulas ex Calice desumpsit
[et] in mensa reposuit, easdem unâ cum Personis eligentium numeravit, comperitque esse numero Sexdecim
[illegible] et personas eligentium evolvendoque et aperiendo huiusmodi vota adinvenit esse quatuor Candidatos
[i]n quos Suffragia Sunt data electos videlicet P. Bonifacium qui habuit vota Septem. Patrem Cy-
[p]rianum qui itidem vota septem. P. Bernardum qui unum, et P. Joannem qui unum votum habuerunt. Et quia
[illegible] Reverendos Patres Bonifacium et Cyprianum paria vota Sunt adinventa ideo Rndissimus Dns
[Præs]idens ad aliud Scrutinium Simili modo et methodo procedendum esse decrevit. Ac eodem modo procedendo alias
Schedulas ipsos electos Scrutatoribus Religiosis Patribus dari præcepit. Post quarum Schedularum receptionem
quia eidem Perilli et Rndissimo Dno, et usu et praxi in talibus Servari Solito et per Capitulum allegato
competunt duo vota, cuicunque voluerit ac ipsi placuerit adiungere idcirco unum votum privatum in per
sonam Sibi bene visam in Schedula Scriptum in Calicem dedit et aliud Sibi circa publicationem votorum Si
opus fuerit dandum reservavit. Rndis vero Patribus quatenus Sub eodem iuramento prius præstito vota
Suo ordine dent ac in calicem imponant præcepit, quibus votis unâ cum Calice acceptis easdem iterum de
Sumpsit ac utrum numero eligentium respondeant easdem dinumeravit. quæ quidem adinventa Sunt Septemde
cim et cum Personis eligentium correspondeant ideo easdem revolvit, publice legit, et ex ijsdem quatuor esse
[Can]didatos videlicet P. Bonifacium qui octo vota. P Cyprianum qui Septem. P. Carolum qui unum et P Joan
nem qui unum votum habuerunt. adinvenit, et ex omnibus Rndis Patribus Caplm constituentibus exquisivit an
præsentem electionem pro Canonicâ et legitimâ habeant et in personam RP Bonifacii Staszynski qui plu
ribus votis est Suffultus consentiant. Qui quidem Patres nemine contradicente electionem præmissam pro
legitima agnoverunt et in personam electi consenserunt. Et memoratus Perilli et Rndissimus D Præsidens ipsum
Suo et eligentium nomine fuisse et esse legitime et Canonice in Provincialem electum denunciavit, et publi
cavit ac ad electionem Definitorum processit. dictis Scrutatoribus ad eum effectum Schedulas omnibus et
Singulis distribui iussit, qui Religiosi Patres vota sua in Schedulis Singulariter Singuli unus post alium
Suo ordine dederunt et imposuerunt, quibus impositis easdem vota memoratus Rndissimus D Præsidens dinumeravit
revolvit, et publice legit, adinvenitque Novem esse electos Candidatos. Primum RP Joannem qui habuit de
cem vota. 2dum R Carolum qui Novem. Tertium R Ignatium qui tria. 4tum R Cyprianum qui tria
5tum R. Alexandrum qui duo 6tum R Philippum qui unum. 7mum RP qui unum 8vum
RP Marcellinum qui unum 9num RP Antonium qui unum votum habuerunt. Ex quibus quia Rndi
Patres Joannes Więckiewicz et Carolus Tureckj pluribus Suffragijs Sunt Suffulti ideo R Joan
nem pro primo et Rndum Carolum pro Secundo Definitore legitime electos esse pronunciavit, et eisdem
occupare Sua loca, mandavit, ijsdemque Rndis Definitoribus electis præfatum A R Bonifacium electum

Provincialem ad Ecclam una cum alys Religiosis Patribus Solenniter introducere mandavit, et in locum ad introducendum eundem Rndi ac Religiosorum P. Marcellinum Substituit Cui quidem R. Patres unanimiter clarâ voce Te Deum Laudamus precedente Crucifero Cappa indutum ad Ecclam introduxerunt qua finito hymno, absolutis orationibus, et prestito per ipsum iuxta Regulam corporali Juramento omnes et Singuli unus post alium Suo ordine, ad Altare in Sella considenti Obedientiam et reverentiam prestiterunt et Solennes gratias Deo Omnipotenti Maximo peregerunt. Presente me Adamo ...nski Secretario deputato.

Sessio Undecima.

portabilia gravamina, grandes contumelias, et publicas confusiones
cum gravi cordis sui angore et scandalo saeculariu patiatur. Denuntiavit
ipsum R. Parochum vitam malam ducere, conversationem cum qua
dam foemina cum scandalo Parochianorum habere et alia plurima, quae
in scripto se producturum fusius appromisit. Et Deffinitorium praefatum
auditis querelis et denuntiatione exorbitantiarum, eas in scripto fideliter
connotari, et in futuro Deffinitorio pro die Quinta Novembris habend
ad quod citatio insignata Admdum R. Parocho Kiskupicen intimanda, prae
sentari iniunxit.

Deffni

Die Quinta Novembris In termino citationis proveniente R. P. Philip
Nerens Ciechanowski Vicar in Kiskupice comparuit, puncta contra R. Marcel
lini Parochi Kiskup. ppria manu scripta produxit et obtulit. Et eius inobe
dientia et contumaciam accusavit. Ex adverso portata sunt literae per R. Parocho
chum scriptae, infirmitatem catarrosam exponentes, et Visitationem petentes.
Et Deffinitorium excusationem debilitatis admisit, et Visitationem expediendam ad
petitionem R. Parochi annuendo per Comissarios decrevit. Sed iam non acce
ptati a R. Parocho.

Acta Visitationis Præpositurae Calissiensis. A.D. 1708 die 10 7bris.

Post finitum feliciter Provinciale Capitulum A.D. 1708 Admo
Præsidente Illmo Dno Stanislao Orlowski Cano-
nico Cracoviensi ex speciali authte Illmi ac Reverendmi Dni
Bernardini Casalij Vtriusq Signaturæ Smi Dni Papæ Re-
ferendarij Sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ Canonici ac Sacri
et Aplici ArchiHospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe Præ-
ceptoris et totius Ordinis Nri Gnalis Magri deputato
electus in Provincialem Magnæ Poloniæ et Præpositus Ecclesiæ
Parochialis S. Crucis, Rector Conventus et Hospitalis tituli
S. Spiritus Cracovien. Admodum Rndus Dnus Gabriel Sczurowitz
Cracovien. immediatus et Præpositus Sandomirien. post
obtentam ab Illmo Gnali sui Provincialatus Confirmationem
ad visitandum primo Conventum Calissien. iter arripuit ibiq
descendendo cum associato me Alexio Moskalski Secretario
electo eiusdem Provis. die 10 7bris A.D. 1707 convocatis Adm.
RR. Thoma Sitczynski Præpto et Paulo Derlecki gremiali
alijs tunc deficien. per pulsum campanæ sessionem more
alien solito in Stuba Præposituræ instituit et coram Imagi-
ne Crucifixi Hymno Veni Creator flexis genibusq dicto
præmissa exhortatione convenienti tandem Literas Confirmatis
suæ Electionis in Provincialem Magnum exhibuit et per me Secre-
tarium legi fecit, quibus lectis Utrum pro legitimo Superiore
ac Visitatore eundem agnoscerant et suscipiant quæsijt, quem
eo instanti veneranter agnoverunt et susceperunt et
obedientiam offerunt fundata itaq Jurisdictione tandem
descendit ad Ecclesiam celebratoq Missæ Sacrificio de Sancto
Spiritu visis Sacrosanctis Speciebus et tunc sanctis Oleis sacri
Monstratorio, Calicibus, Patenis et alia Argentea Supellec-
tili votis omnia in integro iuxta Inventarium invenit.
Tandem in Stuba Præposituræ inchoatæ sunt Calculationes
Remanentiæ per Administratione RR. Pauli sub tempus Vacantis
Capituli, super quibus soluta sessio.
die 15 7bris 7bris instituta sessio, in qua RR. Paulus ex
Remanentia et perceptione Censuum Hospitalis stante sua
Administratione, et Provisoratu, Regestris accurate conscriptis

tam pro Conventu quod Hospitali seorsive produxit Ultimo Percepta Summa Flor. Lon. 750 g 24. Expensa vero ... pro Conventu et seorsive pro Hospitali Flor. ... 722 g 14. Rest. ... 28 gr 10. Ex hac Resta reddidit Imaginem Crucifixi deauratam Valoris Flor. 13 g 10 quam Ecclesiae ... applicata et hoc ex Censu Hospitalis tenetur adhuc refundere Hospitali residuum ... 14 / 29. Et caetera eius sunt subscripta in quietatione.

Tandem visa sunt Regestra Remanentiae Adm. Rndi. Praepositi quibus produxit Percepta Summa Flor. 1037 gr 24. Expensa vero Summa Flor. 1232 gr 4. Superat Expensa Percepta Flor. 193 gr 8. Sed quoniam in Expensis perplexitas ideo ad futuram Visitationem suspensio, his peractis datis admonitionibus ... actum Visitationis conclusit.

Visitatio Praepositurae Stanisloviensis

Anno Dni 1701 die 13 Julii Perillustris Dnus Provincialis descendit ad Praepositum Stanislovien. pro Visitatione peragenda, ibique primo A. R. Philippo Stephanowski illius loci ac Ecclesiae Praeposito Literas Confirmationis Sui in Provincialatus praesentavit quas Venerantur acceptando et ipsum Visitatore eumque acceptavit. Tandem celebrato Missae Sacrificio revisis Sacris Speciebus Ecclesiae Sacristiae Apparatum et alia Suppellectilibus rebus in toto iuxta Inventarium adinvenitis, similiter et rem Oeconomicam lustravit. Tandem A. R. Praepositus ex ~~Remanent~~ produxit Percepta Summa Flor. 62 gr 4. Expensa Summam Flor. 213 g 4 sol. 1. Superat Expensa Percepta Flor. 151 sol. 1. et conclusus actus Visitationis.

Visitatio Ecclesiae Biskupicen.

Anno Dni 1701 die 3 8bris Perillustris Dnus Provincialis descendit ad Ecclesiam Parochiale Biskupicen. eiusque Domum Plebanale pro Visitatione et in Residentia Plebanali praesentatis Literis Confirmationis sui in Provinc. Magnum et ... me Secretario ... lectis quaesiit ab A. Rndo Joanne ... illius Ecclesiae Parochi an eundem pro legitimo Superiore et Visitatore agnoscat et suscipiat, quem eo instante Venerantur agnovit et suscepit tandem descendit ad Missae Sacrificium celebrandum quo celebrato Visitavit Sacris Speciebus noviter re

novatis ac Oleis Sacris Revisionem rerum Suppellectilium Ecclesiasticarum fecit sed quoniam Inventarium disordinate conscriptum ideo in meliorem formam reducere A.R. Parochus appromisit, sed omnia in toto adinvenit iuxta antiquum Inventarium. Deinde A.R. Parochus calculat ex Remanentia fecit, produxit pro Frumento Summam perceptae pecuniae Flor 16. de qua Summa in futura Visitatione simul cum alijs perceptis et expensis facturus calculationem. Vocatus etiam R.P. Michael Nowicki Vicarius utrum habeat aliquid ad deponendum aut informandum R. se nihil habuisse commendata est ei omnis modestia et circa administranda Sacramenta diligentia et vigilantia et sic conclusum.

Visitatio Conventus Sandomirien.

Anno Domini 1701 die 19 8bris Per. Adm. et Adm. R. P. Mag. Gabriel Szczurowitz Provincialis Magr. pro ad Conventum et Ecclesiam Sandomirien. S. Spiritus Ord. Nri descendit, pro visitatione ibiq. per pulsum campanae convocatis Adm. Rndis P.P. Alexandro Wieczkiewic Praeposito et ceteris omnibus infra specificatis praemisso opportuno sermone quod sit an pro legitimo Superiore et Visitatore eum agnoscant et suscipiant pro maiori autem evidentia Literas ab Illmo Grali Praeceptore Ord. Nri confirmatorias sui Provincialatus exhibuit et per me Alexium Moskalski Secretarium legi fecit, quibus perlectis omnes A.R.P. candido affectu agnoverunt et susceperunt fundata itaq. Iurisdictione pro Missae Sacrificio celebrando invitavit illoq. de Spiritu S. celebrato Visis Sacris Speciebus, post Sacrum omnem rem suppellectilem Ecclesiasticam tam in Argento Calicibus Monstr. Apparatibus ceterisq. omnibus pro iuxta Inventarium lustravit et omnia in toto adinvenit. Sub eod. actu reddidit calculationem R.P. Raphael Sybulski Administrator Conventus Sandomirien. Sub tempus Capituli Lovitien. A.D. 1701. Produxit Summam perceptae pecuniae pro Cerevisia Doliis 12 per fl. 7. Floren 83 g. 20. pro Frumento divendito Flor. 52 g. 2. in Summa Floren 135 g. 22. Produxit Summam Expensae Flor. 140. g. 4. den. 2. Superat Expensa Perceptam fl. 4 g. 12. et in instanti quietatus est et Regestra subscripta. Dessentibus

Adm Rndo Rpto Rndis Patribus Raphaele Daniele Francisco Nicolao Damasceno et me Alexio Secret et soluta sessio.

Die 24 9bris. Facta sessio in qua lecta Acta Conventus Sandominien et quoniam in illis adinventus est certus terminus indebite appositus eliminatus est tandem Scrutinia peracta, quibus finitis data admonitione cuique se cessive appromissis Ordinationibus ex consilio Adm Rndo rum Deffinitorum facta conclusio dictt.

Deffinitt

Anno Dni 1767 die 17 9bris Perlls Dnus Provincialis post absolutas Visitt Conventuum et locorum sibi subiectorum in Provincia Polona instituit consilium cum Adm Rndis Bonifacio et Marcellino Deffinitoribus et expositis multis ad emendandum et corrigendum pro bono communi in Provincia necessarijs maxime ex depositionibus, Inquisitionibus et Scrutinijs perspectis et intellectis maturo ad singula habito consilio in primis FF. Felicianus et Stanislaus Calissy in Studio Philosophico manentes pro nonnullis excessibus iudicati et tandem Ordinationes tales pro Conventibus Sandominien Calissien factae quarum tenor sequitur.

Gabriel Szczurowitz Can. Reg. S. Spiritus de Saxia per Poloniam Provin. Magr. Eccles. Collegiatae S. Crucis, Necnon Conventus et Hospitalis tituli eiusdem Sancti Spiritus Praepositus Cracoviensis.

Adm Rndo Prpto Rndis Patribus ac Fratribus Conventus Nri Calissien C. R. de Saxia Salm in Dno.

Visitatio Ecclesiae ac Hospitalis Conventus Nri Calissien quam non pridem Fxi currenti Anno 1767 diebus Mensis [illegible]bris absolvimus persuasit Nobis ut visis et attentis aliquibus quae ad bonum regimen ac ordinem spectant huic Conventui necessario succurrendis Nra Solicitudine non omittamus. Proinde consulto Venerabili Deffinitorio cum de Statu Provinciae seriò tractavimus inter alia Negotia etiam pro Conventu Nro Calissien haec necessario statuenda et observanda advenimus et decrevimus prout praesen ordinamusque et statuimus.

1. Ante omnia quoniam Cultus Divinus maxime promo-
vendus, ideo commendamus ut ex negligentia non omittantur
Missæ Sacrificia sed quotidiana illarum celebratione si statutis
horis eo melius ut magis honor Dei augeatur et populus ex
commoditate ad devotionem excitetur.
Quoniam Vtile est pro custodiendis legibus advertere ut
Constitutiones Provinciales non tantum in Conventu Conci. sed etiam in
particularibus servata proportione observentur. Proinde Novas
Ordinationes non condimus nec praescribimus, sed insistendo
iam scriptis pro Nostra Provincia et approbatis Constitutionibus
ad easdem observandas pro munere Officij Nostri severe stringimus
in hoc praesertim ut Adm. Rndus Praepositus tam in Spiritualibus
quam in temporalibus ita se gerat, ut ex eius operibus et
recta administratione maior Dei gloria, Religionis honor loci
illius emolumentum ac ipsiusmet meritum eluceat. Specialiter
vero Muros Ecclesiæ expositos cæli iniurijs obviando maiori-
bus ruinis curet tegi, sarta tecta ubi destructa aut ædifi-
cia collapsa reparari, videlicet tam in Conventu quam in Prædio
et in Domo Hospitiatoria quæ maximam ruinam minatur et circa
Hospitis maxime unam partem parietis versus murus Calissien.
a porta, eum sine mora sublevet tum et Caminum ibidem. In
Agris excolendis et bene consecorandis et in maiori copia
quam optime conseminandis sedulam diligentiam adhibeat.
Domestica in omnibus rei familiaris necessarijs præsertim
equis pecoribus ovibus et augeantur. Circa Apparatum repara-
tionem et eorum bonam conservationem habeat attendentiam.
Ædificium latenficinæ pro conservatione si in eo nondum fun-
ditus ligna et fundamento diruta tecto straminæo curet contegi.
Negotium vero Summæ Capitis in Synagoga Judæorum Calissien.
Conventui Calissien. incumbens ad Judicia S. Joannis Baptistæ in
Posen. Anno proxime ventura ad meliorem et pleniorem informationem
volumus reservari. Et interea A. R. Præpositus promoveat processum
in Judicijs omnia perficere et locum quendam ac tutum Summæ
inscribendæ in bonis Terrestribus solliate quærere et nos quam
primum certiores reddere conetur. Ecclesiam propter maiorem loci
sacri reverentiam et populi ad Divina audienda accedentis com-
moditatem pariete apto cingat ac muniat. E lignis certis
Domus in Civitate Calissien. Conventui Calis. libere oblatis si sunt
iam convecta Domum commodam pro mansione Patrum exstruat
si autem hæc ligna sunt denegata, omnino pro eodem ædificio, sive

sumptu Conventus sive Benefactorum munificentia ligna et Materiales secundum possibilitatem præparet. Residui Flor: 14 gr 29 quos R. Paulus ex Calculatione in Visitatione facta refundere tenebatur ex eius sensibus Hospiti applicentur. Hortamur autem Paterne ac in Vi[rtu]te S. Obedientiæ ut omnes illic residentes Sacerdotes Patres ac Fratres Religiosam tractent vitam ne suis malis exemplis aut vitiis scandala fieri permittant sed sobrie iuste et pie viventes suavem odorem Christo spargant. Et hæc omnia diligenter observanda Admodum Reverendos Patres Fratres ordinique Adm. Rndum Præpositum in iniunctis sibi punctis eorum Conscientiam obligamus et oneramus sub pœnis Arbitrariis in Visitatione Actis eius extendendis. In quorum fidem. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi Regia de Cracovia die 6ta Mensis Februarij A. D. 1702.

Ordinationes ex Visitatione et Def[finitorio]

Pro Conventu Sandomirien[si]

Visitatio Ecclesiæ et Hospitalis Conventusq[ue] Nostri Sandomirien[sis] quam non pridem currenti Anno diebus Nobis absolvimus persuasit Nobis Ut Visis et attentis aliquibus quæ ad bonum regimen et ordinationem permultum Conventui necessaria suppeditandis sollicitudinem non omittimus. Proinde instituto V. Definitorio cum de statu Provinciæ Nostræ serio tractavimus inter alia Negotia etiam pro Conventu Nostro Sandomirien[si] hæc necessario statuenda et observanda advenerimus quæ praesentibus ordinamus et statuimus.

1. Ante omnia quoniam Cultus Divinus maxime promovendus ideo ut Lampas accensa nocte diuq[ue] incessanter coram Ciborio SS. ardeat Adm. R. Præpositus diligentius quam antea advertat et oleum provideat.

2. Quoniam Nostrum est pro custodiendis Legibus advertere ut Constitutiones Provinciæ Nostræ non tantum in Conventu Cracoviensi sed etiam in particularibus servata proportione ad amussim observentur. Proinde Novas Ordinationes non condimus nec conscribimus sed ad observandas iam scriptas Nostræ Provinciæ Constitutiones severe stringimus, presertim in hoc ut eligant si nondum sunt electi omnes Officiales hoc est Vice Præpositus, Sacrista, Syndicus, Hospitalarius, Provisor, Clavarius et quilibet suo muneri diligenter attendat, strictam rationem redditurus. Ad supplementum harum renovamus et reintimamus præsentium Visitationum de Annis 1698. die 27 Xbris. et 1691. die 11 Xbris. Statuta et Ordinationes pro Conventu Sandomirien[si] sancitas, et in Actis Conven[tus] Sandom[iriensis] insertas. Et maxime Adm. Rndi Præpositi conscientiam obligamus ut disciplinæ Religiosæ invigilet, defectus autem peccata Fratrum ne dissimulet.

Circa Summam Nobis Ratzyina et Provisionem ab ea Queri:
entem A. Rdo Pptus nihil disponere psumat sed ulteriorem dis:
positionem expectet.
Lugniam non est subrogata fulminata per Ex.mé Rtentum
Capsm Provinciale sententia Excommunicatiois cum reservatione
Absolutionis Nobis ipsis contra incurrentes Canone Si quis &
ideo eand reintimamus hoc adiecto propter evitandam diva
gationem & absolutione petenda a Nobis facta ut prius ex
pediant Inquisitiones et ad Nos directe mittant et Nos
cui voluerimus facultatem Absolutionis concedemus.
A. Rdo Patri Paulo monemus sub sequestratione Censuu et
aliis poenis Arbitrarijs ut abstineat se a compotationibus et
pro defectibus ac scandalis Castrien' recitabit duabus Vicibus
Psalm Miserere & in Litanijs in medio coram Altari.
Pro conservando antiquo cultu Miraculosae Imaginis Xti Dni
Vulgo Misericordiae nuncupatae Necnon Beatissimae Virginis Sca
pularis Liber ad colligenda et asscribenda in futuris miracu:
la, quae v facta sunt vel adhuc Divina dignatur operari gra:
tia Si non est conficiatur.
Ex Capitulo domestico. Rndo Pi Nicolao moderamus et restrin
gimus poenitentias ad Annu integrum numerando ab intima:
ta sibi poenitentia. Vero Cantiu p continuanda
paenitentia mittimus et ut Decreto contra se lato pareat
avertentes committimus. Ad haec omnia diligenter
observanda singulos Rndos Patres ac Fres praecipue Adm Rdum
Praepositum psentem Conscientiam obligamus et oneramus.
In quorum fidem & Datum in Conventu Nro Crac. Die 16 Febr
A. D. 1720.

Visitatio Conventus Sandomirien

Anno Dni 1703 Die 25 Junij Per Ill.s Dnus Gabriel
Szurowitz Prouis Magr ad Conventum Sandomirien' pro
Visitatione descendit et convocatis Adm Rndis Rndis PP.
Alexandro Wieczkiewic Praeposito et ceteris Fratribus infra
specificatis praemissa Exhortatione sup Verbis S. Pauli. Videte
Fratres Vocationem Vestram & postea invitavit P. Missas Sacrificio
celebrando, quo celebrato de S. Spiritu Visitator Patris psequebatur
lustratis rebus inventarij Ecclesiasticis Argenteis Calicibus Vestis
Apparatibus et obis Supellectilibus in toto adinventis ad
crastinum Sessionem reservavit.
Die 26. Instituta Sessio in qua intimata Scrutinia, tandem quod
situm quod ob rem R.P. Casimirus non ingrediatur Capitulum

Excommunicatum esse ob violentas manuum iniectiones, ex qua
occasione lecta sunt circa hoc Acta Sandominiensia, ex quorum
circumscriptione patuit eum iniecisse manus violentas et exin
de incurrisse poenam Canonis Si quis. Vocatus R. P. Casimi
rus quid ad haec respondeat quaesitus et ille respondet nec
violentas manus iniecisse nec poenam Canonis incurrisse
Sed merito excommunicatus est
Perillis Dnus Provincialis considerando quoniam ad Objecta pure
tantum Negavit pro defensione nec Testes nec omnes nec Inqui
sitiones aliquas adducendo ideo hanc Causam pro meliori informa
tione in deliberatione et suspensione ad finem Visitationis
haberi Voluit tollerando eum ad se iustificandum sive per
Testes sive per aliquas informationes aut iustificationes interim
inhaerendo Actis Sandominien. quoad hunc Actum pro Excommu
nicato tollerato declaratus interim soluta Sessio. Praesen
Adm. R. P. Praeposito Sanct. P. P. [illegible] Fran: Nicolao Paulo Andrea et
me Alexio Secretario.

Die 28. Junij Instituta Sessio. Post expedita Scrutinia et Inqui
sitiones petijt R. P. Casimirus ut possit etiam iustificationes et
oppositiones suas contra Adversarios in Scriptis porrigere ad
Capitulum sicut etiam ipse in Actis Capitularibus publice notatus est,
quaesitus a Adm. RR. Capitularibus utrum hoc possit concedi et assenserunt
Vocatus itaque R. P. statim [illegible] primario restitutionem spoliorum
aliarumque suppellectilium suarum dum incarceratus fuit per quem sunt
ablata petijt et porrexit Regestrum suae Suppellectilis conscriptum
manu Fris Canty ex mandato Adm. R. P. Praepositi et omnis Suppel
lex cum Scrinijs deposita est in Sacristia cuius Suppellectilis
iuxta Regestrum revisione facta restitutio adiudicata est R. P.
Casimiro pro quo autem deperierit pro inquisitione investigandum
Sanctus ad emundandum se quod non sit obnoxius oppositioni ab
adversa parte videlicet quod non iniecerit violentas manus in
Adm. Rdum P. Praepositum in Scriptis [illegible] cum oppositionibus
porrexit quae lecta et subscripta. Sanctus adduxit
Instrumenta Exceptionis in Scriptis contra Testes inductos
a sui Adversarijs in Causa eiusdem et complices videlicet Adm. R.
Praepositum, Raphaelem & Franciscum sicut fusius eloquitur Instru
mentum lectum et subscriptum. Perillis itaque Dnus Pro
vincialis peractis Inquisitionibus quibus potuit hac
in causa ex utraque parte lectis et expeditis ac bene ter
minatis Instrumentis Oppositionibus omnibus licet de
Notorietate facti utriusque partis non videatur esse ambiguum
quia tamen semper ab utraque parte alias et alias oppo
nuntur perplexas Oppositiones Objectiones Negationes
his praeterea stantibus et suum animum moventibus pro

adhuc hec facta Regis Cadimiri aut etiam P.P. tan
Prospti quam P. Raphaelis et P. Francisci potest aliqua tergiuer
satione celari ideo persistendo in solis Inquisitionibus
quas hic et nunc cum qua poterant expediri diligentia
expedita sunt hanc Causam ad meliorem trutinam D.D. Patribus
Deffinitt. aut futuri Capli Prouincialis reservauit Absolutionem
ad Cautelam obtinendi petere mandauit Silentium propter eius
tandas et tollendas occasiones rixarum imposuit Rndo
Cadimiro serio inhibuit ut ab omnibus Conuiuijs impe:
rtinentibus se abstineat et in hoc Conuentu sub obedien:
tia Adm. Rndi Prospti ad ulteriorem dispositionem breui
tempore futuram maneat. Quod Decretum lectum et in omni:
bus Punctis ab Utraque Parte acceptatum et in Instanti ad Postu:
lationem eorundem Absolutio ad Cautelam data, quam instanti
Rndus etiam Nicolaus licet non incusatus dubius tamen
haerens an non sit huic Censurae obnoxius, Absolutionem petijt
et simul obtinuit.
Tandem datis seorsiue Unicuique monitionibus commendata est
charitas mutua Religiosissimorum votorum debita obseruantia
A.R.Prospti in Spiritualibus et temporalibus Vigilantia
et sic finita Visitatio reservando ad V. Deffin. Ordinatr.

Deffinitt.

Anno Dni 1703 Die 20 7bris. Per Adm. R. D. Prouincialis Post
expeditam Visitationem Conuentus Sandomirien. instituit
consilium cum A.A.R.R. Deffinitoribus expositis negotijs et Cau
sis ut supra quae ibidem tractauit. Et V. Deff. Visum est ex cer:
tis et iustis omnibus omnes actiones et depositiones tam
contra Adm. Rndos Prosptum quam P.P. Cadimirum et alios ad futu
rum Capitulum Prouinciale. Approbatis Ordinationibus praeteriti Anni
in omnibus punctis.
Anno Dni 1703. Die 15 8bris Per Adm. R. D. Prouincialis descendit
ad Ecclesiam Biskupicen. pro Visitatione et celebrato Missae
Sacrificio reuisis Sacris Speciebus in Stuba Parochiali
praemisso Veni Creator et in primis per me Secret. legi fecit Pro
tensiones in Scripto porrectas ab A. Rndo Marcellino Deffi:
nitore Antecedanei Parochi Biskupicen. contra A. Rndum mo:
dernum Parochum Joannem Wermeric ... vne certorum Quan:
tum sibi competentium. Cuius Pretensionis cognitio ad finem
Visitt. reservata. Tandem Regestra producta
Ex Remanenti A.R. Parochus produxit Flor: 16.

Tandem ex Crescentia per se collecta a die 1. Maij Anni 1701
ad diem 30 10bris Anni 1703. produxit Flor: 777 : 22.
Pro Annis Pecuniarijs produxit Summam Flor: 961. : 3.
Item Perceptis Varijs produxit Summam Flor: 247 : 10.
Item ex Accidentibus Ecclesiae produx Summam Flor — 57 : 10
Summa Totalis Perceptorum facit — Floren 2059 : 15
Ex his Proventibus produx: Expensarum Summam Flor: 2319 : 13
Superat Expensa Perceptam Floren — 259 : 27
Quoad Praetensiones autem Adm Rndi Marcellini Deffuncti
Sub expositas Admodum Parochus modernus refert se ad deci
sionem futuri Capituli Provincialis. Et Per Illmo D. Provincialis eiusdem
causae decisionem in deliberationem accepit. In aedificijs
autem advenientis sunt Notabiles reparationes tectorum per
sentiae Sub Ecclesia Horrei Scholae Auctio Inventarij in peco
ribus, et Ecclesiastica Suppellex iuxta Inventarium in toto.

In Nomine Domini Amen.

Capituli Prouincialis Acta. An. D. 1704.

Sessio Ima die 21 April. 1704.

Incursio Suetica iam duobus Annis intra viscera Regni hærente hoste quamvis triennalis Regiminis cursum perturbaverit, tamen ad Capitulum Provinciale quiete celebrandum elapso Triennio secundum Trident. Concilij dispositionem, et præscriptum Constitutionum Nræ Provinciæ non fuit impedimento. Proinde Perillis et A.R. Gabriel Sczurowic pro tunc Provlis, missis ad singulos Conventus Intimatorijs et pro Domin: 4 post Pascha, ad inchoandum Capitulum Provle Feria 2da proxime sequenti singuli conveniant, adveniente cadentia temporis post Missam Solennem decantatam de Spiritu Sancto per pulsum Campanæ convocatis Rndis Patribus, factaq. invocatione Spiritus Sancti introduxit Capitulum, non obstante absentia duorum Præpositorum, Scilicet Sandomiriensis qui aliquot Septimanis ante Capitulum decesserat; et Calisiensis, ad Capitulum datis literis gravem suam infirmitatem allegantis. Præmissa Exhortatione sub themate Visum est Spiritui S. et Nobis, omnes Capitulares exhortatus, ut sepositis privatis, et particularibus respectibus memores præsentiæ et assistentiæ Spus S. bono Sacri Ordinis consulant, et voto unanimi, quæ probant et vident potiora Religioni Sanctæ promoverant. His præmissis ad electionem Capli Præsidentis descendit. et ab eligentibus Graduatis quinq, tribus votis electus e A.R. P. Bonifacius Slaszynski Definitor Imus et Pater Provinciæ. et in continenti locum Præsidentis nullo contradicente occupavit. Deinde facta electio Secretarij Capli Provlis per vota secreta, et ab eligentibus duodecim electus e votis octo RP Ioannes, in instantia secundum præscriptum Constitutionum Iuramento fidelitatis præstito. Post Iuramentum Secretarij Officiales resignarunt sua Officia in manibus Præsidentis et Sigilla reposuerunt. Tum A.R.D. Expro: vinciali Patri Provinciæ meritissimo, pro bene administrato Officio, et quod sub calamitosum tempus optime expleverit muneris sui partes gratiæ redditæ st a toto Caplo. Electio Expositoris facta et votis 10 electus e RP Clemens Sladecki. Contra Proprietarios Perill et A.R.D. Præsidens Excommunicationem tulit. Pro futura Sessione ut singuli Exofficiales regestra parata habeant ad calculandum mandavit. His actis soluta Sessio.

Sessio 2. 22 April.

Die 22 April. Perills et A.R. Præsidens instituit Sessionem in qua primo lectæ Rendi-tiones Bonorum et Inventaria producta tam Conventus Gniesnensis (ubi patuit Inventarium Auctum, et in frumentis satis habere.) quam etiam Conventus Sandomiriensis Calisiensis

Biskupicen Stavisinensis Praepositurarum. Et quoniam R.P. Alexius Moskalski Procurator Convent Cracovien dixit se non habere parata Regesta ut Subjiceret calculo in Caplo psenti futuro ~~Caplo~~ Provli cum Capitulo ad trutinandum et examinandum demandata. Sed eidem R.P. Procuratori injunctum ut debita contracta tum psenti triennio contracta, tum et alijs in Schedula mundê descripta Caplo porrigat. Ad calculanda Regesta Parochiae Biskupicen deputati R.P. Cornelius et R.P. Clemens. Tum quorundam literae Supplicatoriae lectae sed quoniam minoris momenti erant verbo eis responsum. et Soluta sessio.

Sessio 3. 24 April.

Die 24 April Perillis A.R. Praesidens instituit Sessionem in qua A.R. Parochus Biskupicen Joannes Wreckiewicz produxit Regesta et Calculata ex quibus patuit loculus bene administrata Oeconomia et quietationem cum appositione Manus A.R.P. A.R. Praesidente obtinuit. De Spolio post pie Defunctum Alexandrum Praepositum Sandomirien cui applicandum et quomodo convertendum ad Crastinum deliberat Caplum. Propositum quoque quod Divini Officy Ordo propter incursiones hostiles et calamitates temporum aliquantum immutatus, sed ad pristinam Normam reductio futuro Superiori commendata et felicioribus temporibus reservata. In eadem Sessione A.R.P. Philippus Ciechanowski Expraepositus Stavisinensis proposuit et conquestus est contra A.R. Thomam Kulczenski quod Stante sua Praepositura Stavisinensi illi Ecclesiae a Benefactoribus oblatam Summam flo 203 g 18 quam ut praefatus R.P. Philippus asseruit recepit et fatetur se recepisse pro Comparando Monstrantorio reddere non vult et recusat, proinde ad reponendam praefatam Summam et consignandam futuro Praeposito eundem Stringi petijt. Cui petitioni annuit Caplum et futuro Provinciali hoc negotium ut ad effectum deducat et pioum intentioni Satisfiat demandatum.

Sessio 4 Die 25 April

Die 25 April Perillis A.R. Praesidens instituit Sessionem in qua propositum quod pie defunctus A.R. Praepositus Sandomirien receperit Summam 3000 florenorum polonicalium pertinentem ad Subditos Nostros Kwiatkowienses et producta sunt ab illis 4 floreni facta a Kwiatkowiensibus data quibus de percepta Summa quietatus A.R. Praepositus, tum Registra Expensorum in praedicta causa, ac necdum perceptorum, proinde Caplum visis ejusmodi documentis, futuro Praeposito repetendi reliqua pecunia commendavit negotium. R.P. Bernardus allegavit quod pie Defunctus R. Alexander flo: 40 ex Censu inscripto a G.D. Simone Kalinowski Parocho et Vicario ac Ministris Eccliae Biskupicen quos a Sensitis receperat sibi non solverit proinde petijt a Caplo sibi reddi ex peculio pie Defuncti: Caplum petitioni annuit, ac in instanti redditi sunt.

Actu quoq circa Spolium pie defuncti R. Alexandri cui applicand et convertend qualiter
in pecunia Numerata Capto propositi Aurei 53 Imperiales 70 tymfones 10 gr 10. quae
Summa ad eximendum Monstratorium oppignoratum a Conventu Cracoviensi in Urgenti Suddi
torum Uronin et Uronicc necessitate, Conventui concessa, cum obligatione tamen quam citissi
me eand Summam collectam ex proventibus in Ornamentum Ecclae convertendi. Debita perspi
Conventus Cracoviensis producta verum non omnia. Lecta sunt quoq debita particularium
personarum, Singulisq Solutionem Revd Pater Praesidens demandavit. Conventus Sandomiriensis
dispositio, et plurimi ibidem abusus tollendi futuro Priori et illius loci Superiori commendati.
Tandem pro die Crastina Deo dante Electio Prioris et Aliorum Praepositorum a Revd Pater Praesi-
dente intimata est et Soluta Sessio.

Sessio 5ta

Die 26 Aprilis quae fuit dies Sabbathi Antequam descendit ad Electionem Revds Pater Prae-
sidens quaedam occurrentia examinavit. Imprimis propositum fuit quod Consensus factus pro
obligationibus absolvendis flo: 200 a Religiosa Teresia Cieclanowska ponendus et
in Consistorio approbata, sed quoniam patuit quod Communitas Monialium Pod Uni con-
sentiat huic Inscriptioni, ideo procuratio approbationis Consistorialis cassata. Sed Adm
Praeposito Sandomiriensi iniunctum est ut Summam Conventui illi inscripta in Villa Gorski
pro Anima. Matyszewska curet quam citissime approbari. Instantia R Pris
Damasceni quod pro duobus Annis Censum pro Officio parvo B. M. Virginis Sandomiriensi decan-
tato non receperit, iusta adinventa, ac Solutio ex proventibus Conventus Sandomiriensis
Praeposito demandata. In eadem Sessione A R P Marcellinus Szeligowski
Summam flo 1500 Conventui ante Professionem per se inscriptam, et post Professionem
tantam ab eo inscio Conventu Sponte et libere in Capto reposuit, Scil. Imperiales 208
tymfones 2. gr 20, quae reducendo ad Currentem Monetam faciunt flo 1500. Cuius Summae
dispositionem Conventui reliquit liberam, haec ergo Summa pro Monstratorio eximendo
destinata est.

Praemissis omnibus Solennitatibus imprimis Secreto Scrutinio An aliquis Sciat
aliquem aliquo Canonico Impedimento impeditum et excludendum ex quo patuit neminem
Scire, quod aliquis habeat impedimentum Canonicum tum aliis Solennitatibus ad electionem Canonicam
necessariis post Solenne Sacrum de Spiritu S. decantatum, cui Omnes interfuere Capitulares
Revds et Adm Rdus Praesidens ad locum Capitularem descendit cum omnibus Capitulantibus Super-
pelliceis et almutiis indutis, Ubi brevi Suada proposuit quales debeant Superiores eligere
allegavit doctrinam S Pauli quod oporteat Superiorem irreprehensibilem esse Sobrium castum
commendavit ut Secundum Deum, digniorem, qualificatum, et omnia Superioris requisita habentem
eligant, rogavit ut prae oculis habeant Solum Maiorem Dei gloriam, Religionis Sacrae bonum
non vero privatos affectus in electione Sequantur. Tum lectus e Cathalogus qui
Utraque voce gaudent. Deinde inquisivit Si aliquis contradicat futurae electioni
vel opponat aliquid, ab omnibus responsum quod nihil habeant, ut opponant vel contradicant.

Imprimis electi sunt scrutatores duo A.R.P. Clemens Sladeck votis 8 A.R.P. Basilius
votis 5. reliqua vota disperta erant qui statim schedulas distribuerunt, servatis servan-
dis, quae ad officium suum pertinent. Post singuli Capitulares praemisso plino
Iuramento, quod illum eligat quilibet quem magis idoneum iudicat iuxta praescripta in
Constitutionibus formam Iuramenti dederunt in Calice vota secreta omnibus spectantibus, et
Scrutatoribus observantibus ne aliqua fraus subreperet. post ex Calice in mensa exp...
et numerata, inventaque Cedulae respondere numero eligentium. deinde lecta a Scru-
toribus secretorio et Praesidente clara et distincta voce. et ex duodecim eligentibus habu...
A.R.P. Gabriel Laprovitis vota 4 A.R.P. Ioannes vota octo: tum Perillustris D. Praesidens
inquisivit, habeant ne pro Canonica electione, praesentem electionem. respondentibus singulis
quod habeant pro Canonica. clara voce et ipse proclamavit Provincialem A.R.P. Ioannem
Więckiewic S. Thi Doct. Deinde electi sunt Definitores A.R.P. Gabriel votis
novem secretis A.R.P. Bonifacius votis octo item secretis. Statimque ad Ecclesiam instituta
Processio ubi decantato Te Deum laudamus. post Iuramentum praestitit P.A.R. Provincialis et
ab omnibus Patribus et Fratribus recepit Obedientiam.

Eadem die post Prandium instituta sessione et electio facta Praepositorum: In Praepositum
Sandomirien electus est A.R.P. Marcellinus Szeligonski votis undecim. In Praepositum
Calissiensem pluribus votis dispersis A.R.P. Clemens Sladeck electus est votis quatuor.
In Parochum Biskupicen electus est A.R.P. Bernardus Bukoniecki votis sex. alia
vota erant dispersa. In Praepositum Stavisnen electus est A.R.P. Basilius Ma-
claski votis decem. Sub eodem actu et in eadem sessione in Concionatorem Conv...
Cracovien a Graduatis Patribus electus est R.P. Philippus Ciechanowski. In Procu-
ratorem Domus Cracovien electus est R.P. Alexius Moskalski. In Confessarium
Monialium A.R.P. Bonifacius Staszynski Pater Provinciae et Diffinitor: Secundus Reli-
quo Officiales Domus Cracovien electio Perillustri Dno Priori cum Capitulo Domestico permiss...
His actis Perillustris A.R.D. Praesidens omnibus recommendavit charitatem, Consti-
tutionum observantiam Officialibus Religiosae disciplinae attendentiam ut non tantummodo
curent observari Statuta et Constitutiones Ordinis S. Spiritus sed ipsi quoque observent
exemploque suo ad meliora fratres invitent. Actisque de more Deo gratiis quod
in quiete, et pace, ac fraterna charitate, terminare Capitulum concesserit, ipsum Capi-
tulum conclusit et terminavit.

Visitatio Conventûs Sandomirien.

Anno Domini 1704 d. 26 Septembris Perillris et Adm Rndus Dnus Joannes Baptista Wieskiewicz S. Th. Doctor Cath. Reg. Ordis S. Spus de Saxia Provincialis Magister ad visitandum Conventum Sandomirien. descendit. Ubi per pulsum Campanae convocatis Adm Rdo Dno Praeposito et Rndis Patribus illius Conventus ad locum Capituli, factaqz devotione S. Spus de more solito apposita pro ea tempori Sermonem ad Rndos Capitulares habuit, quâ finita in continenti Confirmaonem ab Illrissmo sibi missam legi curavit per me P. Danielem Zaborski Secretarium, quam palam ac publice clarâ voce legi. Perlectis Confirmaonis literis Adm Praepositus cum oibz Rndis Patribus pro Visitatore Perillrem et Adm Rndm D. Provincialem agnoverunt ac susceperunt, eidemqz obedientiam in Contineri? nemine contradicente professi fuerunt. His peractis in loco Capitulari oes ad missam audiendam invitavit, quam per se ipsum celebravit, et in fine SS. Sacramentum visitavit ubi recentes spées reperit. Finita missa revisionem Sacristiae et Thesauri Ecclesiae voluit facere. Inventaria requisivit, quae propter absentiam P. Sacristiani, n sunt psentata. Sed tamen p Adm R. D. Praepositum comprobata, qui dixit, quod oia iuxta inventaria reperiantur, nec desiderat aliquid. Sub eodem Actu Adm R. D. Praepositus psentavit Regestra ex Remanenti quae et legit, sed quia residua finita fuerunt, ea Perillris et Adm R. D. Provincialis ad futuram visitaonem distulit, quamvis propter absentiam immediati Administratoris, q calculaonem prius facere debuerat.

Die 27 Septembris. Post Scrutinia privatim peracta Convocatis Rndis Patribus per pulsum Campanae exhortaonem appositam fecit singulos hortando ut memores vocationis suae de seipsis similaribus offerant bonorum operum exempla, et in oi loco sint Christi bonus odor. Circa Cursum B. M. V. statuit ut menti fundatorum Missis fiat et decantetur si adsint ad minus quatuor Rndis Patribus mandavit ut ad decantandum veniant nisi excuset aliquem Cantus aliquod negotium v. Infirmitas. Sub eodem Actu poenam Excois ipso facto incurrendam tulit contra invitantes foeminas ad Cellas suas. Item absolutionem a Censura Canonis ob violentam manuum iniectionem sibi reservavit.

Die 29 Septembris. Lectis et promulgatis Decreta facta in Visitatione, brevi sermone Perillris et Adm Rdus Prolis adhortatus Rndos Patres ad observantiam Regulæ et constitutionum, ac Statutorum in Visitationib, tum charitatem mutuam Vinculum communitatis commendavit, ad Modestiam Sobrietatem et alias virtutes sectandas suasit, omnibusq bene precatus a largitore omn: dno Actum Visitationis finivit.

Visitatio Præpositurae Stawiszyn

Anno Domini 1705. d. 9na Septembris. Perillris et Adm Rdus Pater Joannes Baptista Wieckiewicz S: Th: Doctor Ord: Nri Prolis Magister Rdus descendit ad Visitandam Præposituram Stawiszyn cuius protunc erat Præpositus ARd. Basilius. Itaq more Solito instituta Sessione et facta cum Omissa S: Spus invocatione brevi sermone Confirmationem præsentavit exquirendo a ARPræposito, an pro Legitimo Visitatore illum agnoverit q Respondit: libentissime et agnosco et accepto. Post Perillris et Adm Rd. Prolis Sacrum in Ecclesia legit, et Sanctissimum Visitavit Ubi recentes Species in pixide argento deaurata invenit, et Ciborium bene servatum et mundum; in altaribus debitam munditiem, apparatus Ecclesiæ secundum Inventarium præsentavit: excepto Candelabro de aurichalco, quod fures acceperunt, alterius vero candelabri similis, tantum pedem ostendit, Missale Verum, recenter et decenter reparatum monstravit.

Regestra percepti et expensi non produxit, eo quod de peculio sibi ad Votum concesso multa expenderit, tum vero Crescentiam modicam habuerit. Inventarium pecorum et pecudum Stante hac Calamitate temporis, industria ARPræpositi in integro advenimus imo ex parte auctum, præter Unum bovem q quoniam ad laborem ineptus erat, modico pretio Venditus est.

Ædificia tam in Præpositura quam in prædio ex parte refecta fuit calamitas permisit. Visis igitur omnibus quod secundum Inventaria conserventur pro cura et sollicitudine Perillris et ARd. Prolis RdPræposito gratias egit et ulteriori sollicitudini et prudentiæ bona Præpositurae recommendavit. Hisq factis terminavit Visitationem.

Visitatio Præpositurae Calissiensis

Anno Domini 1705 d. 10. Septembris. Perillris et Adm Rndus P. Joannes Baptista Wieckiewicz S. Th. Doctor, ac Rndus Ord. S. Spus de Saxia Generalis Magister ad Visitationem Conventus Calissiensis descendit. Et more solito Confirmationem præsentavit ARPræposito in Capitulo, et aliis Rndis PP. Capitularibus quam et legi per me secretarium iussit. Sed qa ARPræpositus protunc existens S. Clemens Hadecki Una cum RP. Casimiro

Sidem dantes legi non recesse dixerunt: ideo Perillus Dnus Provisor ad legendam Missam descendit sub cuius tempore Sanctissimum exposuit, et species recentes in Pixide argento deaurata inseruit post lectam Missam, Visitationem continuavit, et de Inventario Eccles. ex Arkhiepo: ipso quaesivit, quod ad mundum conscribere iussit, de Argenteria Eccle. Sic Arkhiepositus informavit quod sit de integro, sed ob periculum modernum est in certo Conservatorio. Supellex Eccles. prout erat sic et modo est tota. Tandem Calculationem inprimis ex Remanenti Rd. Archipositus fecit, totumque frumentum in Usum familiae et con: seminationem expendisse Regestris probavit. Deinde Calculum ex Crescentia et alijs proventibus a die 7ma Mai in Anno 1704 to ad diem 3d Augusti in Anno 1705 fecit. Primo ex Remanenti perceptam propinationis produxit fl. 45 / 15 ex Cerevisia per se facta

fl. — — 1326

Ex Cremato propinato ex remanenti fl. 2 / 4
Ex Cremato per se facto fl. 120 / 22
A Summa sessuante Iudaeo provisionem accepit — fl. 1316 / 20
Pro pecoribus, lana, pellibus, ovis fl. 197 / 6
Ex agris — — — fl. 42 / 15
In Summa Perceptae fl. 3060 / 22

Expensa Percepta Pro Siligine — fl. — 12 / 10
pro Tritico — fl. — 30
pro Hordeo — fl. — 525 / 25
pro Avena — fl. — 98 / 15
pro Ocymo — fl. — 4 / 24
In Summa ~~Expensae~~ pro Frumento fl. 671 / 14.

Expensa Varia pro Domo Eccles. fl. — 25
pro Candelis fl. — 102 / 25.
pro Vino refectionis et pro Hospites fl. — 142 / 19.
pro aromatibus fl. — 28 / 5
pro Culina fl. — 509 / 20
pro familia Conventus fl. — 206 / 12.
pro Necessarijs ad oeconomiam Conventus fl. — 216 / 23.
pro familia eodem fl. — 119 / 17
pro necessarijs ad Podia spectantibus fl. — 104 / 4
pro Vialibus fl. — 89 / 24
pro Necessarijs Fratrum fl. — 1 / 26
pro Honoraria intuitu lignorum fl. — 33
pro Aedificijs fl. — 89 / 16
pro Varie laborantibus fl. — 308 / 11
pro artificiose laborantibus fl. — 321 / 11
pro Necessarijs ad braxatorium spectantibus fl. — 211 / 2.
Item fabro fl. — 71 / 19
pro Expensa in Communi fl. — 195 / 18
In Summa Expensae fl. — 3160 / 3
Superant Expensa Perceptam fl. 109 / 11.

12 Septembris Instituta Sessio.

In qua peractis Servitiis, Regestris perceptorum et expensorum examinatis, Perillustris Dnus Provincialis quaesivit ex Patribus Capitularibus si habeant aliquid ad opponendum Regestris, vel si aliquod dubium habeant de percepta et expensa. Qui responderunt expensam debitè factam, et iustè consumptam; itaque Perillustris D. Provincialis eadem Regestra in Praesentia Capituli subscripsit. Salvo Salario et de Peculio expensa pecunia, quam percipere ex proventu Conventus eiusdem Adm. Rdo Praeposito permisit. In eadem Sessione Regestra Hospitalis producta et subscripta. His actis Perillustris et Adm. Rdus Provincialis Admodo Praeposito pro cura et solicitudine impensa Sessio in conservandis bonis Conventus hoc Calamitoso tempore gratias egit, adhortatus eundem ad similem nauandam solicitudinem in posterum. Deinde omnes adhortatus est ad amplectandam Regularem disciplinam, Mutuum amorem, Constitutionum observantiam, Deoque recommendans eosdem, terminavit Visitationem.

Visitatio Conventus Sandomiriensis

Anno Dni 1705 die 22 Septembris. Perillustris et Admodum Rdus Dnus Provincialis Joannes Baptista Wiecikiewicz S. Th. Doctor ad Visitationem Conventus Sandomiriensis descendit. Ubi more solito per pulsum Campanae Capitulum instituit, et exhortatione facta ad Ecclesiam omnes Patres capitulares pro Missa praelecta audituros esse voluit. Sub cuius tempus Sanctissimum visitavit et recentes species invenit. Post Missam P. Sebastianus requisitus a Perillustri D. Provinciali ut inventarium Ecclesiae ostendat, eundem exhibuit. Sed argenteria Ecclesiae non est visa ob conservationem, ex occasione Hostilitatis, aliqua tamen dixit P. Sacristanus deesse ex argento, quod est accepta et vendita pro solutione Contributionum Militibus prout Acta docent, quia hoc factum de Consensu Capituli. A. D. 1705 die 15 January. Post Visitationem Ecclesiae Adm. Rd. Praepositus Regestra ostendit et ex Renarenti a die 7 Mai ad diem Ultimum Augusti calculationem fecit et Perceptam prout sequitur produxit, in Anno D. 1704.

Pro vendita Siligine coretorum 35	fl.	79.
pro pullibus ex initio coretorum 4	fl.	36
In summa	fl.	115
Pro Cerevisia propinata	fl.	190/[illegible]
pro Arendato	fl.	42/[illegible]
pro percepta varia	fl.	49/[illegible]
Summa Summarum	fl.	398/13

Expensa a die ad diem ut supra sequitur talis. Pro Culina, aromatibus Vino, Ecclesiae Necessariis, Artificibus Variis rebus oeconomicis, Tritico, Hordeo, contributione Svetica, et aliorum militum

tum et alijs expensis Varijs — — — fl 832 / 11 / 2

Superat Expensa perceptam fl 433 / 28 / 2

Ex nova Crescentia Percepta in Anno 1704 a die 1. Septembris ad diem 8vam Aprilis in Anno 1705 finitam.

Percepta pro Frumentis.

pro Siligine Coretorum 55	fl	88 / 20.
pro Tritico coretorum 15 et quartali	fl	30 / 15
pro Hordeo Coret. 22	fl	36 / 10
pro Avena Coretorum 152 et quartali	fl	186 / 3 / 1
In Summa pro Frumento	fl	341 / 18 / 1
pro Cerevisia	fl	300.
pro Cremato	fl	82. / 16 / 2.
Percepta Varia	fl	258. / 17.
Summa totius Percepta	fl	982. / 22. /

Expensa a die ad diem Ut Supra Sequitur Talis

pro Culina	fl	227. / 14.
pro aromatibus	fl	27. / 23. / 2
pro Vino portionum et Hospitibus	fl	154. / 20 / 2
pro Vino Ecles.	fl	82. / 13 / 2
pro Cera, Sevo, Musica,	fl	55 / 24.
pro Fabro et ferro	fl	37 / 15
pro Artificibus Fabri lignarijs	fl	17 / 5
pro Artificibus Coriarijs	fl	34 / 15
pro Familia Conventus	fl	36
Hirungo	fl	15.
pro Frumento et Concionatori	fl	106 / 21.
pro Familia Bonorum Głabow	fl	22. / 15.
pro Familia Bonorum Niepołki	fl	28.
pro Familia Bonorum Grutkow	fl	42.
Expensa pro Contributionibus Bonorum Krutkow	fl	413 / 12
Expensa Varia	fl	323 / 29. / 1
Expensa in Summa facit	fl	1610 / 20 / 1
Superat perceptam	fl	627 / 21. / 1.
Utriusque expensa Superantia	fl	1061 / 20.

26 Septembris Sessio.

Sinttus Admodum Reverendus Dominus Praepositus. Praemissa congrua tempori, et infirmitatibus exhortatione. Omnibus Fratribus Vocationem Suam, Disciplinam religiosam, et alias Virtutes tum et Constitutiones commendavit. Regestra Calculata per se legi Admodum Reverendus Praeposito jussit ex ea occasione quia expensa perceptam superat fl 1061 / 20 prout patet supra quaeres ex Fratribus an aliquid habeant ad opponendum Regestris. Sed quia Admodum Reverendus Praepositus dixit, tantos sibi debere Tynfones 300.

ideo secundo illius allegata admissa Calculatio est Ut sint Subscripta Regestra: modo tamen commode tpre repetat Praepositus debitum suum a Conventu. Negotium propositum tum P.P. Soc. Jesu ratione violatae immunitatis Ecclesiasticae per studiosos ut testes sunt suasu ipsorum Patrum In quo amicabilem compositionem oblectas rationes quodque et ipsi Patres illam curant si consentiat Capitulum, exquisivit Perillus D. Visitator qua Compositio esset iniuriosa quia tn tribus concessa est, et maxime propter calamitosa tpra. iterato Perillus et Adm Rd Visitatis recommendando Oibus Patribus Charitatem Mutuam Vitam Religiosam esse Munus affectum et precibus visitationem terminavit.

Visitatio Parochiae Biskupicen.

Anno Dni 1705 die 7ma Octobris. Perillus et Adm Rd Visitator Joannes Baptista Wieckiewicz S. Th. Doctor &c. in Residentia Adm Rdi Dni Bernardi Bukowiecki Parochi Ecclesiae Biskupicensis more solito per pulsum campanae instituta sessione cum Parochianis spectantibus visitationem incepit, et primo sub tpus Missae post sacrum Sanctissimum visitavit et recentes species invenit, post Missam Argenteriam Ecclesiae et apparatus tum et alia ornamenta Ecclesiastica vidit quae oia in integro prout erant adinvenit. Post ad Regestra voluit descendere, sed A.R. Parochus respondit quia illa quidem parata habet nec etiam esse necessaria, quandoque plura expendit et parum accepit et pluribus fl. 250 equis duobus Tynfones 90 pro Vacca fl 15 medietatem dando in bona moneta. Debita per se contracta nulla esse. Familiam tam Ecclesiae quam ad rem Oeconomicam spectantem satisfactam dixit. Itaque Perillus et Adm Rd Visitator his auditis et consideratis A.R.D. Parocho curam tantam et solicitudinem vigilantiamque oem recommendavit, et visitationem terminavit.

Visitatio Conventus Sandomiriens.

Anno Dni. 1706. die 20. Septembris Perillus et Adm Rdus Dnus Visitator Joannes Baptista Wieckiewicz S. Th. Doctor &c. Descendit ad visitationem Conventus Sandomiriens. et primo post dictam Missam de Spiritu visitavit Sanctissimum et decenter ornatum Tabernaculum purissimum invenit et species recentes. Postea de Suppellectili Ecclesiae et Argenteria inquisivit. Rdus Sacristianus Suppellectilem iuxta Inventaria in integro esse asseruit. Cuius revisio

intermissa est ex ea ratione quod ob potentia pericula in Secretioribus locis sit reservata. Argenteriam vero non esse in integro dixit. Postea per pulsum Campanae Convocatis Rndis Patribus gremialibus instituit Sessionem. In qua praemissa Congrua temporis exhortatione ab Adm Rndo Praeposito et Rndis Patribus petiit Informationem tam quoad bona spiritualia quam quoad spiritualia; Omnesque admonuit, Ut plenissime de statu Conventus informarent. Tum ad Calculationem Regestrorum descendit. Sed quoniam Adm Rndus Praepositus se illa non habere ad mundum descripta dixit. Regestrorum Hospitalis Calculum instituit. Ubi perceptis ac expensis quoniam adinvenerit expensas superare Perceptam fl. 16. gr. 23 ideo hanc superantiam de proventu repetendam adiudicavit, et de Calculatione Regestrorum facta quietavit. Deinde descendit ad Internam inquisitionem indagando Causam et originem magnae ruinae in Bonis temporalibus. In eadem Sessione. Rndus Pr Sacristianus hanc Ecclesiae Argenteriam deesse dixit scilicet Candelabra duo Argentea, Calices tres, Crucem argenteam unam albam, Coronam ex Monstratoria gemmis elaboratam, ampullas argenteas duas; Haec oppignorata dixit, quartum Calicem venditum esse. de Summis vero pecuniae ex hoc Argento perceptis Acta Conventus Sandomiriensis informant. et quod pro exsolvendis contributionibus Militum sint expensae docent.

23 Septembris Sessio.

Per pulsum Campanae instituta Sessio. In qua Visitator [illegible] Rndus D. Provincialis quod non possit Ulterius protrahere Visitationem propter imminentia pericula et gravissimam Collationum, tum quod Secretam Inquisitionem terminaverit, ex qua patuit quod allegatae rationes pro Ruina potenti bonorum Conventus per Adm Rndum Praepositum non possunt Subsistere: Cum non tam Rndi Patres ut ipse allegat sed ipsius non bona Administratio bonorum, frequens Absentia a Conventu ac discessus non in necessitate Conventus, nec debita auxiliatio fratribus, et non Continuatio Fratrum magna ex parte causaverit. In eadem Sessione de vendito Calice Rndus Felicianus informationem talem dedit, quod eum vendiderit florenis 106 gr. 12. ex qua pecunia fl. 93 pro Contributionibus Militum expendit reliquos fl. 13 in Usum Salarii retinuit. ad quod Visitator [illegible] Rd Provincialis annuit.

In eadem Sessione Rndi Patres conquesti sunt, quod Sigillum Conventus sit deperditum. proinde Adm Rndo Praeposito iniungitur

Ut sigillum proveret. Tandem facta exhortatione ad vitam Religiosam
exemplarem, Ut virtutes sectentur, Vitia fugiant, Visitationis Actum
terminavit. Decreta vero iuxta exigentiam praesentis Status
Conventus et prout privatae exigunt depositiones Cracovia mittere
appromisit. Caeterum commendavit Ut priores Ordinationes obser-
ventur, Admodum Rndo Praeposito iniunxit Ut quantum possibilitas fert
Sarta tecta reficiat, disciplinae religiosae curam habeat, bona
Conventus sollicite administret, cum his se ipsum et iter suum per-
culis plenum sanctissimis Orationibus recommendavit

20 Octobris

Perillris et Admodum Rdus Pater Provincialis Instituit Definitorium. In quo maxi-
mas ruinas Conventus Sandomiriensis exposuit quae partim ab Irruptione
Svetica tum continuis Statuum Militum cantatis tum etiam ex incli-
natione Admodum Rndi Praepositi prodeunt ejus continuos discessus.
Decisum itaque Ut Admodum Rndo Praeposito ipsi continui discessus inhibeantur,
sed Ut in Conventu maneat, et melius bonis loci illius consulat.

In eodem Definitorio Rdus Pater Felicianus propter certos defectus
qui latius patent ex Inquisitionibus privatis, privatur utraque Voce ad Annum

Anno Domini 1707. d. 11 Februarii

Perillris et Admodum Rndus Pater Provincialis proposuit Definitorio Admodum Rndi Dni
Praepositi Calissiensis petitionem, qua petit declarationem puncti in Constit.
Provincialibus Ultimis Cap. 6 Notati, sitt. de Capitulo Provinciali. Ubi dicitur
Ubi plures tribus fratribus sunt, quod ab ipsis eligatur Unum eligi debere
ad Socium cum tantum tres Patres in Conventu Calissiensi resideant,
Res. non esse eligendum et solum Praepositum venire debere ad
Capitulum Provinciale ex eo quod tantummodo tres residentes in illo
Conventu maneant.

14 Aprilis Institutum Definitorium

In quo Perillris Admodum Rndus Provincialis de Morte Admodum Rndi Praepositi Sando-
miriensis Marcellini Felizonski Notum fecit, lectis literis a Vice
Praeposito Sandomiriensi, qualiter decessit petijt Consilium qualiter
procedendum in hoc Casu, tam circa literas innotescentiales quae
iam expeditae sunt et adhuc missae erant, quam circa peculium seu de-
functi Praepositi et Administrationem in bonis spiritualibus temporalibus
libusque in Conventu illo, quibus Consideratis visum est Defini-
torio iuxta Constitutiones Committendam esse curam Interim
Vice Praeposito, eousque quousque alia dispositio non erit.

Anno Dni 1707

Feria 2da post Dominicam 4tam Paschae quae fuit, dies 23. Maii. Capitulum Provinciale.

Sessio 1ma.

Etsi calamitosa tpora et magna pericula ppr varias incursiones militum, tum suorum tum extraneorum commorantium in Regno nro Poloniae non permittebant venire pro hoc capitulo aliis Praepositos Cracoviam; tn iuxta praescriptum constitutionum nostrarum per introtesentias solito modo intimatam vocati Deo favente (?) convenerunt. Itaqz Perillris et Adm RD. Provlis Joannes Baptista Wrzesniewicz per pulsum Campanae intimavit capitulum apud se esse censuit. Quod sequentes sunt ingressi. Perillris et Adm RD. Provlis Joannes Baptista Wrzesniewicz. Definitor dnus Gabriel Kelurowitz. Definitor 2dus Bonifacius Slussinski, Praepositus Calissiensis Clemens Sladek, Parochus Bilkupicensis Bernardus Bukowiecki, Praepositus Stawiszinensis Basilius Maicharski, Carolus Jarecki, Antonius Szydwalski, Philippus Cieslarowski, Daniel Zabecki, Nicolaus Krolik, Thomas Krzizinski, Alexius Moskalski, Marcianus Kawinski, Andreas Kopetnicki, qui inprimis ad audiendam Missam solennem defuncto Spu seu Perillrem Provincialem proxime praeterito triennio Magistro decantatam et celebratam descenderunt. Post quam auditam capitulum ingressi sunt. In quo Perillris et Adm RD. Provlis praemissa invocatione S. Spus per hymnum Veni Creator. Exhortationem fecit ex illis verbis. Cum venerit Paracletus docebit vos omnem veritatem, qua docuit et persuasit ut semotis omnibus privatis, et particularibus respectibus secundum veritatem et charitatem tam in electionibus quam in capitulis procedant. quod et factum est. Quia etiamsi defuerunt graduati nonnulli, et Praepositus Sandomiriensis qui ante ipsas introtesentias mortuus est tn ex quinqz eligentibus (?) electus est Praesidens Bonifacius Slussinski votis tribus qui statim locum Praesidentis occupavit

Deinde electus est Secretarius per vota secreta, qui ex eligentibus Dnis habuit 10 vota et in continenti iuramentum fidelitatis secundum praescriptum Constitutionum praestitit. Post iuramentum Secretarij Officiales resignationem fecerunt suorum officiorum sigillaque deposuerunt. Tum Praesidens cum omnibus Capitularibus Patri Ex-Provinciali pro administratione triennali gratias egerunt eumque pro Patre Provinciali agnoverunt. Electio facta oppositoris qui electus est 10 votis Andreas Kopelnicki cui Praesidenti fuerunt et secretum in depositionibus commendavit. Excommunicatio lata contra proprietarios de more solito, tum Ginkdrendo Constitutionibus commendata. Calculatio Praepositis, Parocho, et Procuratori Conventus Cracoviensis hic Actis. Soluta Sessio

Sessio 2da.

Eadem die ut supra. Perillustris D. Praesidens iussit Procuratorem comportare Regestra ad Calculandum, qui ille dixit se habere illa sed non calculata et praesentavit ad Mundum descripta, quia vero non calculata rationem Incursionum et contributionum necessariarum pro impedimento allegavit. Tandem Debita Activa et Passiva exhibita sunt ei ut Crastina die omnino curet ut fiat Capitulo in quo statu sit Conventus Cracoviensis. Post Revisiones praesentatae et lectae ac inprimis Conventus Cracoviensis deinde Sandomiriensis, Calissiensis, Biskupiciensis, Staritzensis. Calculatio Conventus Sandomiriensis a Factis post Mortem Praepositi impedivit ... et Regestra non produxit pro calculatione. Interim Oppositori demandatum ut suas oppositiones paratas habeat et secundum Normam Constitutionum Responsum in Capitulo opponat et negotia omnia tractet et promoveat. Soluta Sessio

Sessio 3tia d. 24 Mai

Debita Activa et Passiva praesentavit P. Alexius Procurator: Passiva sunt 3948 f 23. excepto długu P. Bedna i z Sklepu sukiennego P. Węgrzynowica i Hiberaj ... minus f 800. 9. i długu P. Mirosławskiego za drwa f 200 i kilkadziesiąt, i stodu Cw: 20 Zawadzkiego.

Perceptam nullam produxit, quam tamen appromisit futuro Lectori quantocius procurare. Circa quam difficultas orta, ratione interruptionis per Pertitores Provinciae, Itaque ex ea occasione decisum est Capitulo Ut secundum Constitutionem Clavarii eligant.

Debita Conventus Sandomiriensis per Vocalem informata.

De Spolio pie defuncti Praepositi Sandomiriensis Pertitores Provinciae dedit Informationem.

Statutum est Ut post de Mortuos Census cedant exsolutis debitis pro suffragio eorundem ad Carbonam.

Item statutum est Ut si quis ex Nostris Patribus legitime infirmari contigerit, non obligabitur Missas pro tabula celebrare de Censu tamen et Carbona debebit participare.

Item de Spolio defunctorum Constitutiones observentur. Ne audeat Superior ex Uno Conventu ad alium illud transferre sed illi loco Ubi mortuus fuerit applicare.

Descenditur ad Oppositiones. Et quidem Obligationum moderatio commendatur futuro Lectori tam in Conventu Cracoviensi quam in Conventu Sandomiriensi et Calisiensi. Summam Capitalem fl. 1500 ex fundatione Dom[illegible] expensam pro Contributione Alienati [illegible] de Villa Wronin et Wroniec quamprimum poterit futurus Lectoris reponere. Interim quousque in bonis Conventus habebit obligationem provisionem Nostris Patribus dare solvereque. Soluta Sessio.

Sessio 4ta die 25 Maii.

Continuatio Oppositionum Et primo quoad Devotionem in Ecclesia quae hucusque sine fundatione promovebatur, non sine sumptu Communitatis quae sumptus modernis temporibus non potest concedi propter varias Calamitates et contributiones; ideo ad felicioria tempora dilatio huius devotionis persuadetur.

De Decernendo delicto Ut sit Unus tam Capituli domestici quam et Provincialis.

De promotione ad Doctoratum decisum Ut sine Consensu

totius Provinciae nullus Rndorum Patrum aut Fratrum audeat promovere promotionem prout jussio Actum est jam in Capitulo proxime Anno 1761.

Plebano Biskupicensi statuimus pro Vicario singulis Annis Dolia cerevisiae sex danda et 4tuali fl. 20. Medium Accidens cum Parocho. Soluta Sessio et privata Scrutinia commendata pro pomeridiano tempore.

Sub eodem Actu Intimatur pro crastina die Electio Provincialis, definitorum, Dispositorum et aliorum officialium.

Sessio 6ta die 26 Mai

In qua, quoniam aliquae difficultates Oppositori delatae fuerant ante Missam Sanctissimi terminatae. Et Primo quia Fr. Felicianus aliam ingredi Religionem petijt, Secundo quia defectus eius multi prout Acta docent tam Visitationalia quam domestica non quaerere talem locum per se, imo non permittunt: ideo interim recollectiones cum Meliori probatione Spiritus faciet, et benevolos receptores per literas curabit, inventa gratia non devagando ad locum tendet; et quoniam ad Archi ordinem Religionem aspirat, visum est Capitulo Nemine Contradicente libenter ei hoc concedere, pijsque ipsius Intentioni annuere, prout et de facto annuit.

Concedit transmigrationem Fri Feliciano

Post haec A. R. P. Praesidens quaesivit num aliquis sit Vel non irretitus aliquo Impedimento Canonico. Si omnes sunt ad Electionem admittendi V. excludendi. responsum ab omnibus est Nullus sit excludendus, quandoquidem nemo est Sunt Canonico Impedimento irretitus. itaque descendit ad Missam Cantatam de S. Spiritu, post quam lectus est Cathalogus eorum qui supra sunt ingressi Capitulum habentes Utramque Vocem et Activam et passivam.

Deinde Secundum Constitutiones Electi sunt Scrutatores tres Basilius, Alexius, et Andreas qui habuerunt paria Vota s. p. 5.

Qui Scrutatores secundum secundum officium suum schedulas distribuerant et unusqq votum suum in calice reposuit

Electus est itaqz Adm RD. Joannes Baptista Lucz: Kiewicz S. Th. Doctor votis 12. alij habuerant p̄d votum ss. Bonifacius et Gabriel. Sicq Adm RD. Joannem canonicè electum agnoverunt, quem viva voce nemine contradicente proclamaverunt. Electio Provlis

Definitores electi sunt: Bonifacius 1mus votis 11. Bernardus 2dus votis 6. Caetera vota dispersa. post istas electiones Adm RD. Praesidens descendit cum omnibus RPatribus et Fratribus ad Ecclesiam et decantave: runt Hymnum Te Deum laudamus post quem decantatum Jesu Adm RD. Provlis iuramentum praestitit. Cui oẽs obedientiam reddiderunt tam ex RRdis Patribus quam ex Fratribus. Ex Ecclesia ad Capitulum reversi more solito electionem aliorum Praepositorum continuaverunt qui sunt ipsi electi: Praepositus Sandomiriensis electus RP. Gabriel votis 10 quem canonicè electum agnoverunt sed qa ille propter certas suas raões Oppositiones non acceptavit imo omnino se ex: cusavit, ideo reelectio alterius facta, qui electus RP. Thomas votis 11. Praepositus Calissiensis RP. Alexius votis 12. Parochus Biskupiciensis RP. Philippus votis 13. Praepositus Stavisticensis RP. Basilius votis 13.

His factis sublata Sessio

Sessio 6ta. die 27 Mai.

Continuaõ electionis Officialium. Concionator Polon. electus est oĩū votis Pr Marianus. Concionator Sandom. Pr Melchior. Procurator Cracoviensis Pr Daniel. Pro: visor ad Plantam Provlis contestatur quo deliberavit. Confessarius Monialium RP. Bonifacius. Prior Hospitis RP Bernardus. Custos Ecclesiae et Sacristianus Pr Andreas Syndicus idem.

Finitis electionibus, quoniam dilatum fuit Puncta in constitutionibus Ordinis Nri scripta: legantur Constitutiões

et de Regulari disciplina examinanda et constituenda tra-
detur, igitur in hac Sessione reassumptum est.
Et quoniam usum ab omnibus Capitulariter congregatis quod Ebrie-
tatis vitium plurima inconvenientia secum trahit, ut infami-
am Religionis, Scandalum Saecularium, discordiam inter fratres,
et alia plurima inconvenientia; ideo poenas in Constitutionibus
Provinciae Nostrae, descriptas: Capite 2do. Tit. de Essentialibus Reli-
gionis statutas omnino observari decrevit. Insuper adiecit
privationem Cerevisiae et Carbonis per Menses, in quibus poenis nulli
Superiori dispensare licet. quod si contingat ex inadvertentia aut
casu, aut ex infirmitate vel hilaritate, aliquis inebrietur, et tamen
se modeste gerat huic decreto non subiacet. qui vero spre-
tis decreti poenas Capituli Nostri Provincialis subire tenere recu-
saverint, deferantur Altiori Superiori pro gravioribus poenis in
illum extendendis.
In eadem Sessione approbata et in suo robore conservatur
Reservatio Casus contra percussores latae in favorem sacerdotum
quod ab illa nullus localis Superior potest absolvere, prae-
ter solum Provincialem
In eadem Sessione statutum et unanimi consensu omnium Capi-
tularium, ut singuli Superiores locales et Conventus Crac.
ex proventibus Praepositurarum ad depositorium in Conventu
Cracoviensi exigendum singulis annis comportent. Vid. Conventus
Crac. fl 20. Conventus Sand. fl 15 Parochia Bilkoviensis
fl 6. Praepositus Kaliszensis fl 10. Praepositus Staviscensis
fl 5. pro Magnis et Urgentibus Negotiis totius Provinciae,
ut alienius ex Conventus, quae summa consignabitur Clavariis
nec licebit iisdem eam distrahere, vel in particulares
usus convertere. Quod si eam distrahere praesumpserint
propter refusionem eiusdem summae in Capitulo sequenti fiat
eorundem, Ante omnes Actus hoc casu in Capitulo sequenti ut
respondeant locum habebit.

Et finitum Capitulum

Acta Visitationis Conventus Sandomiriensis A. D. 1709no
per Perillustrem et Reverendissimum Dominum Joannem Baptam Więckiewic Sacrae Theologiae Doctorem, Canonicorum Regularium Sancti Spiritus de Saxia per Regnum Poloniae Provincialem Magistrum Conventus et Hospitalis Cracoviensis Praepositum etc.

Sessio 1ma

Anno Domini 1709. Die 12 Octobris. Perillustris et Reverendissimus Dominus Provincialis muneri et officio suo satisfaciens, descendit ad Conventum Sandomiriensem causa Visitandi, omnia in melius disponendi, atque ad usitatam sacrae Provinciae praxim reducendi. Itaque d. ut supra per pulsum campanae convocatis RRdis Patribus Capitularibus Adventus sui Causam exposuit, Confirmationem ab Illustrissimo ac Reverendissimo Dño Georgio Spinola Ordinis Nostri Generali Praeceptore sibi datam legi per me Secretarium iussit. Deinde ad Sacrificium Missae cum assistentia RR. Patrum processit, Species Eucharisticas et suppellectilem Ecclesiasticam revidebat, ibique omnia in debito Cultu ac ordine benè disposita reperit. Postea reversus ad Stubam Capitularem unicuique ex RRdis Patribus Proprium monstrare sub poena Excommunicationis praecepit. Frequentiam in Choro et sobrietatem in Residentijs commendavit.

Sessio 2da

Anno ut supra. Die 13 Octobris. Reverendissimus Provincialis more solito instituit Capitulum in quo A. R. Patrem Praepositum de producendis Registris tum percepti quam expensarum monuit, sed quia ob varias circumstantias in tam turbulento Regni statu non habuit parata, Reverendissimus Provincialis, quamprimum eadem exacte connotari praecepit. Sub eodem actu Idem Reverendissimus demandavit ut obligationes non censuantes describantur et Cracoviam mittantur. In fine Sessionis Reverendissimus Dominus supra memoratus duos Calices deauratos cum Patenis accepit praefati Conventus ad eximenda et exsuperanda pecora in quodam debito a Militibus accepta. His peractis Reverendissimus Dominus Provincialis adijt Hospitale et cum Dei benedictione finivit Visitationem.

Visitatio Parochiae Biskupicensis A. D. 1710.

Anno ut supra Die 3tia February. Perillustris et Reverendissimus Dñus Joannes Baptista Więckiewic Sacrae Theologiae Doctor Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia Provincialis etc. Descendit ad Ecclesiam Parochialem Biskupicensem Eiusque Domum Plebanalem pro Visitatione, post lectas itaque per me Secretarium Confirmationis Literas descendit ad Sacrificium Missae celebrandum, quo celebrato et visis Sacris Speciebus noviter renovatis ac Oleis Sacris. Revisionem Rerum suppellectilium Ecclesiasticarum fecit, de regimine Domestico inquisivit et alia necessaria lustravit. Deinde Registra percepti et expensarum adferri iussit, sed quia non fuerunt continuata ideò illorum Revisionem ad futurum Deo dante Capitulum Provinciale distulit Rdmus Dñus Provincialis et simul Visitatio finita.

Visitatio Conventus Calissiensis. Anno Dñi 1710.

Anno ut supra. Die 20 July. Perillustris et Reverendissimus Dominus Provincialis descendit ad Visitationem Conventus Calissiensis, sed quia ibi fuerunt Sueci magnam pecuniam a Civitate et adiacentijs exigentes, qui etiam ad Nostrum Conventum venerunt A. R. Patrem Administratorem sub custodiam acceperunt,

et publice per Civitatem deduxerunt post quem etiam ego P. Marcianus Secretarius Provinciae debui venire, Ipse vero Rdmus Provincialis redimendo et Bona et R.P. Bonaventuram Administratorem exsolvit Imperiales Flor. 10. Finita tali transactione Reverendissimus Dominus Provincialis Visitationem non inchoavit timendo maiora pericula, praecipue ne equos acciperent; Data igitur benedictione in Dei Nomine discessit.

Visitatio altera Conventus Calissiensis A.D. 1711.

Sessio 1ma. Anno ut supra d. 10 Februarij Perillustris et Reverendissimus Dominus Joannes Baptista Wislewic Sacrae Theologiae Doctor, Canonicorum Regularium S. Spu de Saxia Provincialis pro munere Officij sui iuxta obloquentiam Literarum Confirmationis ab Illustrissimo et Reverendissimo Georgio Sinola Ordinis Nostri Generali Praeceptore sibi concessarum descendit ad Visitationem in Conventu Calissiensi peragendam. Ubi Missae Sacrificio celebrato Species Eucharistiae recentes ac Ciborium bene clausum et bene ornatum reperit. Post Missam praefatas Confirmationis Literas perlegi iussit, Iurisdictionem Capitulariter fundavit, statimq demandavit monstrare Registra Perceptorum et Expensarum ad dictum Conventum spectantium. Adm Rdus Praepositus respondit nihil in promptu esse ob grassantem per haec tempora pestilentiam. Annuit responsioni Reverendissimus. Sub eodem actu producta sunt nonnulla debita passiva remanentia post mortem p. m. ARdi Alexij Moskalski Praepositi antecedanei. Sed quia ista res in ambiguo existit ob iterum declarationem praesentis ad hunc actum R.P. Bonaventurae Walewicz recenter istius Praepositurae Administratoris, qui affirmavit ad rationes plura exsolvere, ideo mutuae conferentiae inter se nimirum Adm Rdi Praepositi Calissiensis et praedicti R. Patris Bonaventurae hoc opus commissum.

Denique R.P. Bonaventura exposuit sub tempus Administrationis Conventus Calissiensis furtim sublatam pecuniam, cuius furti Adm Rdus Praepositus Calissien. allegavit causam dedisse ob indebitam attendentiam Rdum P. Bonaventuram. Sed quoniam post perpetratum furtum fores Ecclesiae apertae repertae sunt insuper ductor furti deprehensus, ideo ab occasione subsecuti furti liber declaratur Rdus P. Bonaventura. Quia tamen damnum est Conventus Calissiensis ideo curae et solicitudini praefati Rdi Patris Bonaventurae committitur ut secundum posse ablatam pecuniam recuperet Conventui Calissiensi. Expensas vero in hoc Negotio Conventus Calissiens. subministrabit.

Sessio 2da. Anno ut supra Die 12 Februarij Perillustris et Reverendissimus D. Provincialis instituit Capitulum in quo actum est ratione Argenteriae Ecclesiasticae quam conservavit tempore pestis Rdus Pater Bonaventura, iniunctum itaque eidem est quatenus praesentet dictam Argenteriam; Et praesentavit quae ad securiorem conservationem Adm Rdo Patri Praeposito tradita est.

Sub eodem actu Registra Corbonae sub tempus pestilentiae conscripta requisivit Adm Rdus Praepositus a R. Patre Bonaventura quae dictus R.P. Bonaventura quamprimum appromisit inquirere. Ecclesiam solenniter commendavit Reverendissimus Provincialis Adm Rdo Patri Praeposito indigentem reparatione in nonnullis Locis. In Hospitali secundum consuetudinem omnia bene disposita reperit. Ad extremum Perillustris et Reverendissimus D. Provincialis in praesentia Adm Rdi Patris Praepositi Calissiensis, Adm Rdum Patrem Bonaventuram Walewicz instituit Praepositum Stavisinensem et declaravit. Perductq ad hoc sequentibus

Sequentibus Motiuis: 1mo. Recommendatione eiusdem Adm Rdi Patris Præpositi Calissiensis, et quarundam extranearum Personarum. 2do. Optima et laudabili Administratione Ipsius tam in Bonis Spiritualibus quam Temporalibus (durante peste) utriusq Præpositure scilicet Calissiensis et Stauisinensis. Maximè uero urgentissima necessitate Loci illius Præpositi. Vacante etenim pro tunc post peste decessum p.m. Adm Rdum Patrem Basilium Macharski Illustris Sitonski Decanus Stauisinensis obtinuit pro seculari Presbitero Præsentationem a Serenissimo Rege et omnino ad dictum Locum uoluit promouere eundem. Quod cum deuenit ad notitiam Reuerendissimi Domini Prouincialis, curauit statim in Persona sua adire Celsissimum Principem Archiepiscopum Gnesnensem, a quo in continenti Literas Inhibitionis obtinuit et simul informatus est, ut quamprimum suum Religiosum Ibidem pro actuali Præposito unà cum Institutione destinet, quod utiq sine ulla mora ad effectum debuit deducere et de facto deduxit. Saluo tamen ad suam informationem, post regressum, Capituli Cracouiensis consensu et ratificatione. His peractis ad Maiorem Gloriam Dei finita Visitatio.

Visitatio Præpositure Stauisinensis. A.D. 1711.

Anno Domini ut Supra. Die 11ma Februarij. Perillustris et Reuerendissimus Dominus Ioannes Baptista Więckiewic Sacræ Theologiæ Doctor. Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia Prouincialis &c. More solito descendendo ad Visitationem Præpositure Stauisinensis fundauit Iurisdictionem suam. Et statim de mandato Ipsius omnis suppellex Ecclesiastica reuisa, quam iussit in debita Inuentarij Forma describere. Applicauit Reuerendissimus Ecclesiæ Superpelliceum unum post p. defunctum Patrem. Vidit deinde Reuerendissimus Prouincialis Ecclesiæ sarta tecta tum Præpositure et Hospitalis indigentia reparatione. Prædium conflagratum. Domus Hortulanorum duas uacuas, tertiam conflagratam in Suburbio. In Horreo inuenit Siliginem tantum et Hordeum. Cætera propter pestem non collecta.

De Armentis reperit:	Iuxta Inuentarium. Boues	Octo.
	Post demortuos applicati, Vendendi. Boues	Octo.
	Vaccæ iuxta Inuentarium — — —	Sex.
	Vaccæ ad vendendum — — —	Tres.
	Equi iuxta Inuentarium — — —	Quinq.
	Equi ad uendendum — — —	Duo.

Spolium post peste decessum p.m. Adm Rdi Patris Basilij Præpositi Stauisinensis.

Imperiales 60. — Faciunt Tinf.	360.
In Specie Tinf.	256.
In Grossis latis, alias w Szostakach. Tinf.	200.
In medijs Grossis, alias w Czeskich. Tinf.	16.
Summa facit Tinf.	832

Ex ista Pecunia Reuerendissimus Dominus Prouincialis dedit Admodum Rdo Patri Bonauenturæ pro Sacrificijs Missæ Aureum 1. alias Tinf. - - 14.
Admodum Rdo Patri Clementi permodum cuiusdam debiti. Tinf. - - 4.
Cursori pro itinere qui annuntiauit Decessum p. Defuncti. Tinf. - - 11 — 12

Finita Visitatio.

Rdmus Dnus Prouincialis Cracouiam reuersus Pro Sacrificijs Missæ ex Octo Rdis Patribus Cuilibet dedit Imperiales: 2. facit Tinf. 96.
Mihi præterea P. Marciano Kardinski Secretario suo Imperiales Tres. faciunt. Tinf. - 18.

Summa facit Tinf. 143. gl. 12

In Nomine Dni

Ao. D. 1712 Capituli Provincialis Acta.

29. Junij.

Post Votivam de Spiritu S. Solemniter celebratam more solito per pulsum Campanæ Congregatis Adm. Rndis PP. instituit Capitulum Provinciale Rssmus Dnus Prlis in præsentia A.R.P. Bernardi Bukowiecki Definitoris 1mi et Præpositi Sandomir. A.R.P. Gabrielis Szurowitz Definitoris 2di Pr. Provincialis etc. Adm. R.P. Clementis Sladeck Præpositi Calliseris. A.R.P. Philippi Nerij Crechanowski Plebani Biskupicen. A.R.P. Bonaventuræ Walenicz Præpositi Stawiszinensis A.R.P. Marciani Karwinski R.P. Andreæ Korzetnicki R.P. Melchioris Pilski, R.P. Antonij Szydelski propter infirmitatem n. poterat adesse huic Capitulo Veruntamen pro excipiendis Votis mittebantur ad eundem R.R.P.P. in quo post Sermonem factum Rssmus Dnus Prlis præsentavit literas ab Illustrissimo Generali in quibus dat Rndissimo Dno Provinciali, omnes facultates et ut præsideat Capitulo Provinciali inquirebat Ergo Rndissmus Prlis si hanc Gratiam acceptant A.R.P. Capitulares, Sed quia Italico idiomate n. latino scriptæ literæ erant du[...] et controversiam de Mente Illustrissi Generalis pariebat Videlicet si talis mens Illustrissimi Generalis erat ut omnino Rndissmus Prlis iam exspirans et resignans Præsidentis locum teneat Currentibus itaqs pro Utraqs parte, pro, et contra Votis nam æqualia Vota, pro, et contra erant, tandem post Multas Controversias Negantes et assentientes Rndissmus Prlis propter bonum pacis maioribus discordijs et inConvenientijs ac scissionibus obviando in facie Capituli præmissa protestatione et inposterum sui iustificatione quod non Scripserit ad Illustrissimum Generalem neqs appetierit ut Præsideat Capitulo Provinciali neqs Curaverit ullas Gratias, ab ijsdem literis recedit hoc præcavendo ut quoniam suo recessu contravenire Constitutionibus non Vult sed suo hoc recessu easdem stabilire ut in omnibus observentur. In eadem sessione antequam ad electionem Præsidentis descenderit Rndissmus Prlis Mota Controversia de P. Bonaventura Walenicz Præposito Stawisin. Utrum pro Graduato reputetur nec ne ex eo quod Rndissmus Prlis ipsum instituerit Præpositum in actu

Visitationis ob rationes & Motiva ac Circumstantias quae in Actis Visitationū sunt descripta et quoniā Venerabile Capitulum iusta advenit tum etiam Actum Conventus Cracoviensis legi curavit in quo Capitulariter congregati AA.RR.PP. Conventus Cracov: ipsius Institutionē ratificaverunt et approbaverunt etiam hoc Motivo perducti quod Ipre Pestis suam salutē exposuerit periculo ut illum conservaret locum ideo pro Graduado in praesenti Capitulo prohac sola Vice agnoscitur et declaratur. In eadem sessione propositū quod R.P. Melchior Socius ADM: R.P. Prov^lis sancti: et Concionator Vocatus fuerit ad Capitulū Provinciale contra praescriptum Constitutionū, Ubi plures ribq etc: sed quoniam Venerabile Capitulum Viso actu Capituli Cracov: domestici Vocatū de mente Capituli per literas Intimatorias invenerant ideo pro hac sola Vice Discretum et Vocalem indicavit. Post hoc taliter peracta descendit Venerabile Capitulum per secreta Vota ad Electionē Praesidentis & Electus est tribq Votis ex sex eligentibq A.R.P. Joannes Bapta: Wegrzynowicz S. Th: Doctor Ex Provincialis Votis 3bq A.R.P. Bernardus Bukowiecki habuit Vota duo. A.R.P. Philippus Heng Ciechanowski Votum unum.

Postmodum Adm Rndq Dnq Presidens descendit ad electionem Secretarij Provincialis per Vota secreta. in qua R.P. Andreas habuit Vota 2. A.R.P. Clemens Vota Octo, qui in continenti iuramentum fidelitatis praestitit. Deinde resignatio Officiorum facta et excommunicatio in Proprietarios lata. In eadem Sessione Oppositor electus Votis sex ex 10 eligentibq R.P. Bonaventura. Ad extremum Adm Rndq Dnq Praesidens Secretum Capituli, frequentiam in Choro, omnemq Modestiam recommendavit, confabulationes importunas, sobrietatem sub privatione utriusq Vocis inhibuit. Sessionem in crastinum pro hora Nona intimavit. 9na Iunij

Inchoata Sessio altera. Quia in turbido RR.Patres erant et collocutionibus importunis occupabant negotia Capituli, ideo ARndq Praesidens inhibuit silentium et ex loco in vocem cadenti loqui tantummodo admisit, qui contra faceret propenam privationem Vocis activae imposuit. 10 Iunij Deinde ARndq Praesidens licet calculationem Administrationis suae non produxit ob Authoritatem quae ipsi debetur et competit, nihilominus plenariam informationem de omnibus Aeconomicis Capitulo Universali dedit, insuper pro meliori informatione futuri Superioris et Procuratoris Regestra conscripta R.P. Alexij demortui in Mensa Capitulari reposuit, quoniam vero R.P. Daniel Procurator non facta per triennium Regestrorum calculatione, peste decessit. deinde sequentibus Annis tum pestis tum alia incursione Militum exterorum, conscriptionem Regestrorum impedierunt ideo calculum plenum nonpossunt monstrare Regestra

Sed tamen

Sed tamen aliquam consolationem Rerum maioris momenti tum percep-
ptarum quam expensarum futuro Provinciali relinquere appromisit. Postea
lecta Revisio Conventus Sandomiriensis quam pro grato A.R. Dns Prae-
sidens cum Capitulo gratias agendo suscepit. Regestra vero quoniam
propter tempora calamitosa et varias incursiones non poterant ex nunc
produci, in aliud commodius tempus revisuram reliquit. Debita nulla con-
traxisse et reliquisse Adm. Rdus Praepositus Sandom. palam declaravit.
Item Revisio Conventus Calissiensis lecta in qua conicitur debita
administratio illius Praepositurae tam in frumentis et aedificiis quam
in alia suppellectili. Quantum ad Regestra siquidem propter pestem
non potuit residere Adm. Rdus Pater Clemens in sua Praepositura
per semialterum Annum, deinde Saxonum, Suecorum, Mosco-
vitarum continua incursio impediebat conscribenda, iam vero Adm.
Rndus Praepositus dixit se fideliter omnia expendisse quod patet
ex eo quod nulla debita reliquit, imo desolata restauravit, insuper
Florenos Ducentos. Centum Administratori, Centum Successori
reliquit ideo de omnibus liber praesenti Decreto denuntiatur.
Successit Revisio Parochiae Biskupicensis, quae fuit lecta
et in Censu remanenti inventa. Regestra vero non in toto descripta
se habere dixit A.R. Parochus. Sed Scrutinato praefato remanenti per-
cessum fideliter expendisse agnoscitur cum vero non permittat
praesens periculorum tempus calculo immorari, ideo in sua fideli
Administratione ab omnibus impetitionibus liber declaratur.
Ultimo lecta Revisio Praepositurae Stanisinensis cum suo Remanen-
ti illi loco congruo. Ex omnibus Adm. Rdis Patribus placuit, ideo
Adm. Rdo P. Praeposito imprimis quod illum locum tempore Pestis
conservaverit ne veniret in manus secularis Presbiteri acta gra-
tia et de administratione debita illius, ab omnibus impetitionibus
liber pronuntiatur. Generosus Dominus Franciscus Ho-
lodynski, quondam Possessor Arendatarius Villae Wola, supplicavit
ut Debitum quoddam hoc est ut allegat ad tria Millia Florenorum
quae dicit se expendisse pro Contributionibus quas tenebantur Sub-
diti exsolvere. Sed quoniam non est certum debitum quia debet inqui-
ri an ita sit nec ne, siquidem et praefati Subditi asserunt Contributio-
nes omnes se exsolvisse successu temporis. Conventus vero certum
et reale Debitum Septingentorum Florenorum pro Arenda Eiusdem
Villae Wola allegat eundem non exsolvisse, ideo ad amicabilem Com-
planationem cum saepe dicto G. D. Holodynski descendere Provinciale
Capitulum declaravit. Soluta Sessione intimatum Capitulum post meri-
diem pro hora tertia.

Cad. 9. Junij 88 — Post meridiem congregatis A.A. R.R. Patribus in sequenti Puncto cepit
inchoare Capitulum Adm. Rndus Dnus Praesidens.

[illegible]

Illris et Adm Rdus Dnus Valentinus Theophilus Sitonski Decanus
et Præpositus Stauisinensis Literas ad Capitulum Provinciale direxit
in quibus supplicauit petendo commutationem Hortorum, proprij adia=
centis uicinitati nostræ, et Nostri positi in contiguitate eiusdem, præ-
uia itaq matura consideratione Capitulum Vnrble in permutationem
consensit tum ob maiorem commoditatem et utilitatem illius Loci,
tum propter odiorum inuentiua, alias in melius, salua tamen approba=
tione Celsissimi Principis, Archiepiscopi Gnesnensis. Sub eod actu Kamień
Nobilis Dominus Kamienski exposuit in præsenti Capitulo Provincia-
li Debitum suum Florenorum: Duorum Millium Quingentorum, quæ
Summa respectu Arendæ Molendinorum in tam turbido Reipubli=
cæ statu eidem Nobili accreuit, quam etiam præterito Anno per amica=
bilem compositionem Conuentus exsoluere appromisit, nunc itaq Vnrble
Capitulum agnoscit Debitum hoc pro rato. et satisfactionem declarat. R. Pr.
Melchior prætendebat apud Conuentum Sandomiriensem Siliginis Maios 50.
Venerabile Capitulum decreuit ut sit contentus 20. quos dictus Conuentus
R.P. Melchiori reddere tenebitur. Item R. Pr. Bonauentura quondam
Administrator Calissiensis exposuit certum debitum pro contributione
Suetica exsoluta in præsentia Perillris Provincialis. quia ergo præfa=
tum Debitum R. Pr. Bonauentura stante sua administratione non recepit,
V. Capitulum exsoluendum ad feliciora tempora distulit, scilicet Tinf. 100.
quos si placuerit condonare potest. Adm. Rndus Ex plebanus exposuit
quod in limitibus Silvæ pertinentis ad Parochiam Biskupicensem magnam Silva
iniuriam patiatur ab Hæredibus Villæ Przewiecany qui appropriando sibi
hanc Siluam, arbores exscindunt, utq iniuria ista Iure euincatur proposuit
et recommendauit. Ultimo A. R. Dnus Præsidens pro crastina die electi=
onem futuri Provincialis intimauit, interim si quis contra aliquem habeat
denuntiari mandauit, et soluta Sessio.
Perillris et Rndmus Dnus Præsidens iuxta consuetudinem instituit 11 Junij
Sessionem in qua primario de suffragijs demortuorum R.P. Opponens pro-
mouit negotium, nimirum ut finito Capitulo pro Animabus R.R. Patrum de-
mortuorum fiant suffragia, itaq Perillris Præsidens cum toto Vnrbili
Capitulo statuit ut sequenti die post finitum Capitulum solennes cele=
brentur exequiæ. Deinde ad instantiam eiusdem Oppositoris latum Decretum.
Fr. Pr. Florianus quia proprio ausu Ordinem Presbiteratus obtinuit
sine licentia Perillris Provincialis et Præpositi sui Localis, insuper dolose
circumueniendo Examinatorem in censuris eundem atq Illrmum Episco-
pum induxit. Proinde ut in posterum alij Fratres similia non audeant
nec præsumant, talis pœnitentia eidem irremisibiliter assignatur.
Primo. suspenditur ab Altari ad Annum unum ab actu, deinde ultimum
locum post Fratres per eundem Annum possidebit. per Sexennium uero
sedebit ad mensam Fratrum primus, ad eandem Mensam leget et por-
tabit fercula alternatis Hebdomadis per eosdem Annos sex et Actiuitate utriusque
per idem tempus carebit. Disciplinam primo semel faciet per alium,
per Annum uero per seipsum singulis Ferijs sextis. Ad hoc explenda
pedester Cracouiam ueniet. In eadem Sessione instantia
facta ut post demortuos pecunia penes Loca relinquatur ubi demori=
untur utq hoc semper obseruetur ab omnibus semel statutum.

Inchoata Electio futuri Provincialis et Superiorum Localium.

Post solenne Sacrum de S. Spiritu Himno de eodem S. Spiritu dicto
fecit exhortationem Rdmus Praesidens precavendo ut in futura electi-
one, ament unitatem, servent charitatem habeantq prae oculis Dominum
Deum et maiorem honorem Ordinis, postpositis odijs et privatis solum
Bonum commune spectando. Tum lectus est Cathalogus habentium
utramq vocem, simul inquisivit Rdmus Provincialis si aliquis habet
Canonicum impedimentum et non possit gaudere voce utraq. ARP. Gab-
riel opposuit quod Rdmus Praesidens non debeat eligi in Provincialem
allegando Constitutiones Provinciae quod ultra Sexennium non potest
prorogari, insuper declaravit se Jura Regularium pro sua oppositione
demonstraturum. Hoc posito et admisso Rdmus Praesidens audivit
Vota de ore omnium RR Patrum utramq vocem sibi concedentia et
ita feliciter descendit ad ipsam Electionem. Quae sicuti et altera de post
quoniam non successit propterea quod Rdmus Praesidens habuit Vota
tantum 5. AR Philippus Vota tantum 3. AR Bernardus Vota 2.
in secundo autem scrutinio itidem Rdmus Praesidens Vota 5. ARPr
Philippus Vota 4. ARPr Bernardus Votum 1. haec itaq Electiones
quoniam non fuerunt Canonicae ex eo quod medietas Eligentium non
superavit Votis ideo secundum praescriptum Constitutionum ~~ita~~
ad electionem Compromissorum Venrble Capitulum descendit qui sta-
tim ex pluralitate Votorum steterunt. nam ARP. Clemens habuit
Vota 9. ARP. Philippus Vota 7. ARP. Joannes Vota 6. ARPr
Bernardus Vota 6. ARP. Gabriel Vota 5. Inter ipsos itaq distributae Schedulae
Qui etiam in continenti elegerunt Adm Rdum Patrem Bernardum
in Provincialem Votis 4. Adm Rdus Pr Joannes habuit Votum unum.
Inquisivitq Rdmus Praesidens utrum omnes habeant dictam electionem
pro Canonica? Consentientibus omnibus, Rdmus Praesidens clara voce
denuntiavit Provincialem Canonice electum Adm Rdum P. Bernardum.
Deinde facta electio Definitorum, ex pluralitate Votorum electus est
Adm RP. Philippus Votis 7. Adm RPr Joannes Votis 6. His peractis
ad Ecclesiam processionaliter deductus est electus Prillis Provincialis
ubi post Himnum Te Deum laudamus decantatum Juramentum fidelis
Administrationis praestitit et omnes RR Patres eidem Obedientiam
reddiderunt. postea ad stubam Capitularem factus est regressus et Ele-
ctio Praepositorum intimata. Soluta Sessio.

Post meridiem in Praepositum Sandomiriensem ex 9. eligentibus electus est
Adm Rdus Pr Joannes Definitor et Pater Provinciae, Votis Quinq.
in Praepositum Calissiensem electus est Votis 7. ARPr Clemens.
in Parochum Biskupiensem electus est ARP. Gabriel Pr Pr. Votis 8.
Ultimo in Praepositum Stawisinensem electus est ARP. Andreas
Votis secretis 4. 5tum addidit Rdmus Praesidens. Tandem a Gra-
duatis electus est pro Concionatore Cracov. RP. Augustinus. pro Conc.
Sandom. RP. Marcianus. In Procuratorem Conventus electus est RP. Bonaventura
Confessarius Monialium ARP. Philippus Definitor. Sacrista VP. Augus.

His peractis

His peractis Capitulum Provinciale hanc gratiam praestitit RR. P. Valeriano et Augustino ut Capitula Domestica intrent, voceque habeant. Et sic Ad Maiorem Dei gloriam, Honorem Religionis, Conclusum Capitulum Provinciale.

Fr Bernardus Bukowiecki
Provincialis Magister

Fr Philippus Xaverius Bieldanowski ord.
Deffinitor primus

Joannes Baptista Wyckiewicz Mag.
Deffinitor secundus Prof. Sand.

Clemens Sladeck Capituli Provincialis
Secretarius

A. R. P. Philippus Definitor iuramentum praestitit in secretarium Provinciae.

In Nomine Domini Amen

Acta Visitationis Parochiae Sulisłupiensis Anno Domini 1712 Die 30 Septembris. Post Capitulum Provinciale feliciter finitum Anno et Die ut supra est celebratum. Perillustris et Reverendissimus Dominus Dominus Bernardus Bukowiecki (Ex Deffinitor Primus et ex Praepositus Sandomiriensis) Canonicorum Regularium Spiritus Sancti de Saxia per Poloniam utramque electus in Provincialem Magistrum et ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Theobaldo Archiepiscopo Patalensi Praefati Ordinis Generali Magistro confirmatus, Muneri et oneri suo satisfaciendo de concessa sibi licentia ab Illustrissimo et Reverendissimo Generali in Confirmatione data Visitandi Provinciam, tum et secundum circumscriptam serie in Constitutionibus capite 6. quod inchoat. Cum cura omnis Provinciae et Conventus Cracoviensis RR. Provincialem suam singulis annis visitet, admoneat, corrigat, castiget, omnibus invigilet Officialibus, Visitationem suae Provinciis una cum me Philippo Xaverio Bieldanowski Ejusdem Ordinis Professo et Deffinitore Provinciae Primo, inchoavit a Parochia Sulisłupiensi ad requisitionem illius Parochiae Curati Admodum Reverendi Patris Gabrielis Jurowicz, qui non tantum oretenus, et per multas saecularium Personarum instantias dignas, sed et in literis supplicatoriis ad Reverendissimum Dominum Provincialem et ad RR. Patres Capitulares scriptis petiit suscipi a se resignationem allegando infirmitatem et impossibilitatem suam curam animarum habere, et administrare temporalia. Itaque Reverendissimus Dominus Provincialis post Visitationem Sanctissimi et Sacratissimi Sacramenti in pixide ubi recentes adinvenit species, datque benedictione post descendit ad revisionem suppellectilis Ecclesiae et Domus et ad Inventarium internum, ex quo intellexit argenteriam et alia quae spectant ad ornamentum Ecclesiae et Presbiterorum esse in toto

nonnulla appertinenta, praesertim tecta indigent reparatione. Oeconomia
et familia domus Stepuidlen est intricata propter infirmitatem A.R. Curati
et in attendentiam et est dicendo maximus. Itaque Perillustris et Reverendissimus
Dominus Provincialis re perspecta et bene intellecta, ab Admodum Reverendo
Curato resignationem non acceptavit, sed eundem in suo loco et officio
conservat. Deliberando maturius donec in Deffinitorio pleno fuerit resolutio.
Interim autem ut levamen habeat dictus Curatus constituit R.P. Melchiorem Pilski Vicarium Stepuidlensem per modum Provisoris, ipsique a granario
claves reddidit, cum dependentia tamen sui Praelati, qui ipsius percipit
et disponat pro opportunitate loci et familiae, nihil divendat absque
dictu et consensu sui Praelati, ipsique calculum reddat ad requisitionem
quidquid sive pro mensa, sive pro salarianda familia, sive pro Ecclesia
sive pro aliis necessariis expendet, hanc dispositionem A.R. Curatus
et Reverendus Vicarius acceptarunt utrique a Reverendissimo Provinciali
post deliberationem et consultationem Deffinitorum expectando ordinationem
et dispositionem data benedictione.

Deffinitorium

Anno Domini 1713. Die 6. Februarij Perillustris et
Reverendissimus Dominus D. Bernardus Bułłowiecki Canonicorum Regularium
Ordinis de Saxia per Poloniam Provincialis, Hierosolymitanus S. Crucis Conventus
et Hospitalis Crac. Praepositus Infulatus pro certo consilio cum
Patre Philippo Nerio Credanowski Deffinitore primo et A.R.P.
Joanne Wieczkowicz Deffinitore et Praeposito Sandomiriensi
A.R. Patre Gabriele Szymanowicz, Patre Provinciae Curato Biskupiensi
exposuit causam Monialium nostrarum S. Spiritus quia ad visitandas
illas tam externe quam interne deputata est commissio a Sacra
Congregatione Episcoporum et Regularium Illustrissimo et Reverendissimo
Dominissimo Lubienski Episcopo Cracoviensi, super hoc ut inquirat
et informet praefatam Sacram Congregationem si est approbata
a Sede Apostolica Religio Monialium nostrarum. Decisum est
scribere Romam in hoc negotio ad Illustrissimum Dominum ut ad Caput
nostrum ut ipse doceat si est approbata Religio Monialium nostrarum
quandoquidem et Romae fuerunt. Interim supplicandus Reverendissimus
Commissarius ut tantisper differat jurisdictionem suam super hoc
fundare quousque a Roma plenam habebimus informationem, siquidem Moniales nostrae nullam habent Privilegiis suis notam seu
tiam approbationis.

In eadem sessione Reverendissimus Provincialis exposuit rationem
R.D. Joannis Kaminski tenutarij Molendini inferioris dicti Lapanów
nazywany quomodo pacificandus est indebito quod sibi praetendit a
Conventu Crac. ut flor. 2500 deciperet via Molendina S. D. Conventus
nostri Civi Cracoviensi in arendam mittere. R.D. Kaminski debito
modo primum juret si tantum expendit quantum proponit.

In eadem sessione ratione praecedentiae cum R. Canonicis Regularibus Poenitentiariis siquidem multa pecunia expendit pro hoc negotio et Admodum ri nostri sedent nobis alternatam Definitorium praesens consentit, tamen scribendo ad Illustrissimum si hoc placebit illi

Sessio 2da

Die 8 Februarii Admodum Reverendissimus Dominus Provincialis exposuit de bonis S. D. Holodynski quod praetendit sibi in Villa Wola, sed A. R. Exprovincialis pro certis allegavit rusticos qui affirmabant se pecunias suam dare pro contributione nec ulla competere dixit apud praefatum Dominum Holodynski quinimo ipse ad expediendam avendicar debet convenire fl 200.

Et mecello dedit fl 200 capitalis summae quos perceperat A. R. P. Joannes Wieglowicz pro illo tempore Provincialis modo affirmavit se illos expendisse in negotio praecedentiae cum Canonicis Regularibus et est terminata in actis capituli domestici.

Quia vero Fr. Casimirus Cornacki admissus est ad Capitulum domesticum et favore Illustrissimi Provincialis ad instantiam Illustrissimi Domini Szczekowicz Praepositi S. Florianii et ad instantiam mei Philippi Kerseziedanowski Definitoris primi qui suffragari hoc significantem conferre in gremium admittatur etiam et ad Capitulum contra decisionem hoc ARD et decisio ut subeat anteriori decreto lato ab Illustrissimo et Reverendissimo Stanislao Swembel suffraganeo Cracoviensi et pro illo tempore Commissario nostro. Sic peractis soluta Sessio.

Visitatio Conventus Sandomiriensis.

Anno Domini 1713. Die 11 Julii. Ad visitandum Conventum Sandomiriensem descendit Perillustris et Reverendissimus Dominus A. Bernardus Sukowiecki Ordinis Nostri Provincialis Magister per Poloniam Minorem et Maiorem, una mecum Philippo Kerseziedanowski praefatae Provinciae Definitore primo et Secretario. Convocatis ARR. Patribus gremialibus perpetuum conspexit ad Stubam ARD Praepositi loci illius, Sessionem instituit in qua facta Exhortatione Salutatoria. post proposuit ab Illustrissimo Generali Nostro Confirmationem sibi Roma missam cum omnibus facultatibus Visitandi Provinciae suscipiendi ad Noviciatum et Professandi et ut sonat circumscriptio in pergameno. Quem ARD Praepositus humanissime excepit una cum suis gremialibus permisit fundare iurisdictionem quam et in instanti fundavit cui RR Patres et Fratres reddiderunt obedientiam. Post descendit ad Ecclesiam visitare Sanctissimum in Ciborio ubi veneratissimam species admovit et data RR Patribus (cunctis eius assistentibus) benedictione) processit ad Altaria ad

Argenteriam et aliam suppellectilem Ecclesiasticam videre per R. P. Joannem ... Ecclesiae Sacrista quam monstratam vidit (una mecum Secretario Provinciae) ex ipsis candelabris argenteis quatuor quaeratis et collaudavit cultus divini promotionem et Ecclesiae decorem. Post venit ad Hospitale salutavit Pauperes et si quam habent in iunctos [illegible] requisivit quos gratissime pauperes salutaverunt et hoc undique expresserunt quod hoc infelici tempore non de integro perceperint fuisse et provisiones per R. P. Syndicum et Hospitalarium. Et Visita hac visitatione redijt ad Stubam A. R. Dispositio et per me Secretarium prolatam tulit Excommunicationem in proprietarios, sibi reservando absolutionem. Ut unusquisque fideliter conscribat quidquid in debitis aequisit et passivis habent quanam et in quali moneta et alijs parvis fornastis et est hoc Excommunicatio propria manu Reverendissimi Patris subscripta Sigillo Provinciae obsignata et ad mensam ... Lectorem lecta et Domini relecta.

Sessio 3tia fuit Die 19 July continuabatur visitatio singula A. R. Dispositus produxit Regestra compte et munitissime conscripta, et monstravit de Remanenti percepisse florenos 409. gr 20. pro frumento. Produxit et Praesentiam novam Perceptam et Expensam Anni 1712 a Die Ultima Junij usque ad diem Ultimam Junij inclusive in Anno Domini 1713. Et est Connotatio Crescentiae in Regestris ipsius talis.

Crescentia na Grodkowie.

Wrodzyło się Zyta kop 109. wymłotem z tego korcy 313. z tego na przedasz korcy 16. za nie fl. 305. alias pięćset zgr. ...

Wrodzyło się Na Stajowie, na pustkach, y Wieprzkach. Zyta kop: 25½. Snop: 20. z tego wymłotem nieposzło bo ieszcze nie wszystko wymłocone iednak wyprzedano korcy 46. za nie wzięto fl. 1362. gr 20.

Wrodzyło się Pszenice na Grodkowie kop 32. snop 20. z tego wymłotem korcy 82. ćwierci 3. miarek 3. wszystka wyszła na Dom ut est in Regestris. nic się nie przedało.

Wrodzyło się Pszenice na Stajowie na Wieprzkach y trzech ... kop 73. snopow 10. z tego wymłotem korcy 55 y ta na Dom wyszła. Ut in Regestris.

Wrodzyło się Jęczmienia na Grodkowie kop. 12. snopow 10. z tego wymłotem korcy 36 ćwierci 3. miarek 2. y ta na Dom ut in Regestris. wyszła.

Wrodzyło się na Stązowie ~~kop~~ Jęczmienia kop. 16. zktego wymłoto:
korcy 39. ćwierci 3. y ten na dom, mięso nie przedało.
Vt in Regestris.

Wrodzyło się Owsa na Krukowie kop 72 Snopow 20. zktego wy:
młoto korcy 106. ćwierć 1. na dom nic nie przedało się.

Wrodzyło się Owsa na Stązowie, na Wieprzkach, na Dusthach y
Tczeciny kop 135. Snop 28. zktego wymłotu kor:
y tak wyszło na przedasz korcy 171. y mieszk. fl. 337.
groszi 11.

Wrodzyło się Grochu na Krukowie kop 5. Snop 40.
zktego korcy 5. Expensa na dom nic nie przedano
Vt in Regestris.

Wrodzyło się Grochu na Stązowie y Wieprzkach kop 17.
snopow 20. zktego korcy 16. ćwierci 2. Miarech 2.
Expensa na dom Vt in Regestris.

Wrodzyło się Prosa na Krukowie kop 3. Snopow 17 zktego:
korcy 1. y ćwierć 1. Expensa na dom Vt in Rege:
stris.

Wrodzyło się Prosa na Stązowie kop 5. Snopow 15. zktego:
korcy 16. Expensa na dom Vt in Regestris.

Wrodzyło się Tatarki na Krukowie kopa 1. Snopow 40 zktego
ćwierci 3. Expensa na dom Vt in Regestris.

Post Perceptam Pecuniariam
produxit talem

Piwa wyszło na przedasz beczek 161. za nie
fl. 469. gr 14. Solidus 1.

Wodki wyszło na przedasz garcy 92. za nie fl. 159.
groszi 22. sol. 2.

Percepty rożny in summa fl. 95.

In summa y z Remanentem Percepty za Zboże, za Piwo,
za wodkę pokazat fl. 3769 gr 17. alias trzy
tysiące siedmset sześćdziesiąt dziewięć groszy siedm:
naście.

Expensa videnda supra versus
Sanc Gallum

Expensa na Szpital, na Muzykę, na Łoj, na Świece, na Sadło ... ab Anno 1712. a fine Junij ad finem Junij in Anno 1713 inclusive wydat X. Proboszcz fl. 132. gr 18.

Expensa na X. Proboszcza, y na X. Wikarego fl. 145.

Expensa na Budynki — fl. 886. gr 2. s. 1.

Expensa na Korzenie — fl. 49. gr 18.

Expensa na Wino — fl. 161.

Expensa na Rzemieślników rożnych — fl. 602 gr 16.

Expensa na Prawo, na Drogi, na Robotnika fl. 599. gr 23. s. 2.

Expensa na kupno rożnych rzeczy fl. 329. gr 23.

Expensa rożna — fl. 53. gr 22.

Expensa na Czeladz konwentską y kurkowską fl. 160 ...

Expensa na Czeladz w Sandomierzu — fl. 40. gr 5.

Expensa na Podatki y contributie fl. 517. gr ... z Ecclesiae y z Folwarku kurkowskiego.

Expensa na Pobory z Stopnicy y Dybeńca z Ruskiego Wsi — — fl. 44.

In Summa Expendit A. R. D. Praepositus Sandomiriensis fl. 430. grossos 16. solidum 1.

Superat Expensa Perceptam fl. 599. gr 29. sol. ...

Ita est Sic productis. Visis et lectis in Sessione Sexta Die 17 Julij Perillustris et Reverendissimus Dnus Provincialis propria manu calculata fideliter et collaudata subscripsit Regestra. In eadem Sessione demandavit RP Damasceno ... Rosowicz producere Regestra Hospitalis Percepti et Expensi, sed quia parata pro tunc non habuit, commendavit A. R. D. Praeposito Sandomiriensi commodiori tempore excipere calculationem ab ipso ... assignatis ex Hospitalariis et Syndicis eandem ... Florianus ... Sti ... Reverendissimus Pater commendavit charitatem erga Pauperes

et promptitudinem in vindicandis beneficiis ... RR Patrum quam Superiorum.
Et quia Ordinarius Concionator loci huius RP Martianus decessit e vita nec potest esse pro interim Ordinarius Concionator in conventu Sandomiriensi: Ideo Perillustris et Reverendissimus Dominus Provincialis ordinavit alternatim praedicare RR Patres et pro labore de salario Concionatoris gaudebunt consolatione tali ab A.R. Praeposito ut die qua quis concionabitur quartam vini habebit vel duplicatam portionem die Veneris, et ligna pro calefaciendo cella per hebdomadam iste percipiet, qui est concionaturus. alia dimensio pro iisdem RR Patribus commendata gratiis A.R. Praepositi.
Sic soluta Visitationis sessio et valedixit omnibus Perillustris et Reverendissimus Pater Provincialis ordinando vivere in gratia Dei et mutua caritate fraterna. Iurisdictionemque delegavit A.R. Praeposito loci et attendentiam Observantiae Religiosae commendavit eidem.

Visitatio Conventus Calisiensis.

Anno Domini 1713. Die 5. Octobris Perillustris et Reverendissimus Dominus Bernardus Bukowiecki Can. Reg. S. Spiritus de Saxia Provincialis descendit in maiorem Poloniam et primario Praeposituram Calisiensem visitavit in qua infirmum adinvenit A.R. Praepositum, cui post salutationem et exhortationem, praesentavit confirmationem ab Illustrissimo et Reverendissimo Generali quam acceptavit A.R. Praepositus et Iurisdictionem fundare permisit. qua fundata descendit ad Ecclesiam in qua celebravit Sacrum et species in cyborio revidit et benedictionem dedit. postea lustravit Thesaurum et apparatum sed in confuso res adinvenit. Argenteria est in toto. Regestra perceptae, Percepta, et Expensae non produxit quia impeditus fuit ad conficienda et debili valetudine et continuatis militum incursionibus. sed pro futura Visitatione appromisit producturum et conscripturum ad mundum totius biennii sui Regestra. Eidem A.R.do Fratres Studiosi Fr. Laurentius Zakrzewski, et Fr. Paulus Kosnowski Subdiaconi commendantur ut sint in singulari respectu et Religiosam habeat portionem et amictum, cui obedientiam praestiterunt. Pauperibus in Hospitali nostro degentibus ut fuit ~~antiquitus~~ antiquitus Panis et cerevisia et pro carnibus duo floreni dentur Hebdomadatim. Eidem Ordinationes in scripto et sub sigillo datae sunt ad manus A.R. Praeposito ~~data~~ tales.

Primo. Ad maius Altare gradus et pavimentum in minori Choro quam citissime reparentur et muri circa minora altaria fracti, calce liniantur et fenestrae destructae.

2do Unus ex Fratribus Officium Sacristae teneat, curet munditiem Ecclesiae et Altarium, et fideliter conscribat supellectilem Ecclesiasticam et argenteriam, et quae sunt lacerata praesentet A.R.do ut videat quae reparanda sunt. et curet reparare

Ecclesiae

3tio Ut in omnibus pro Sanitas servat et apud nos idem observetur
Itam tam diebus Festivis, quam feriatis Septimanae, in meridie, et Vespe
pro pedibus pulsetur campana minor et Maior in Sollemnioribus. Die
autem Dominico ante Missam benedicat aquam et post Missam asper-
gat populum et curet semper celebrare Missam in sua Ecclesia diebus
Dominicis quam diebus Festivalibus et lampas sub tempus Divini officii
ardeat

4to Summam fl. 500 concernentem pie defunctum Fratrem
nostrum Stephanum Sushienski cum Professum et Assistentiam Gene-
vindicet et Conventui suo applicet Admodum Rev. Praepositus.

5to Familiam tam in Praedio quam Domi ad quotidianos labores curet
habere nec illos defraudare in debita mercede quoniam dignus est
operarius mercede sua, nec vindictam expectat super nos Merces
operariorum defraudata quod est peccatum vindictam clamans in coelum

6to Summam a Judaeis retentam more consueto dividat, et quod
concernit pie defunctos Admodum RR. Praepositos pro salario Itam R. Praepositi
Simon Alexium Mostalski et RR. Danielem Zabicki ad penes se habe-
ad ulteriorem decisionem nostram. Etiam obligationes quas absolvi
et censibus connotet, et post demortuos census pro obligationibus
penes se conservet etiam ad ulteriorem decisionem nostram.

7mo Pro dividendis ordibus pecuniam penes se habeat et in alium
usum non convertat nisi pro commendis ordibus Fratres studiosi=
Externe et Barrestive [illegible] et quo ad Vicum et quo ad amissum
Ad et ceterum prudentiae et dexteritati commendatur Admodum R. Praeposito

et Soluta Sessio Visitationis.

Expensa pro novo Hospitali [illegible] Sieckt appensa [illegible]

Visitatio Domus Stavisliensis.

Anno Domini 1713. 6. Octobris Perillustris et Reverendissimus
Dominus Bernardus Gulowski Canonicus Regularis S. Spiritus de Saxia Pro-
vincialis descendit ad Praepositurum Stavisliensem et post Hymnum
dictum Veni Creator: [illegible] Confirmationem Admodum R. Praepositi quam
[illegible] et Jurisdictionem Visitationis concessit Perillustri et Reverendissimo Admodum
Provinciali primam Visitavit Ecclesiam Ubi Fratres regentes advenit
sed notabiliter destructam pitidem adinvenit sed Quaestor nulla
[illegible] quia ipsi milites [illegible] Sed in futura Visi-
tatione apparebit se producturum et Soluta Sessio Visitationis.

Anno Dñi 1714 die 2 Maij Adveniente Sandomiria ARPre Joan: Wizkiewic Deffre P. Perill. R. Provle instituit Definitoriũ invitato ad id ARP. Gabriele Seczurowitz Plebano Sandupscen. Patre Provinc. in locum alterius Definitoris demortui In quo fuit inducta Causa inter quosd RR. Patres Obijcientes RP Augustino Invaliditatem Professionis ex rationibus in Scheda datis tum alijs rationibus propositis, et motivis invaliditatem quasi firmantibus adductis. Ex adverso allegante RP Augustino Se valde professũ nec de vacillare in proposito palam proptente tum quoq allegante Specialia privilegia Suã Professionẽ validantia Quibus auditis et bene utriusq partis tam Actoreũ obiectionibus allegationibus probationibus rationibus quam P. Augustini defensis bene expensis ac mature trutinatis in re momenti gravioris mature et cum magna deliberatione procedendo pro mulgationem Decreti ad futurã Sessionẽ quæ erit feria 6 Maij 4 Suspendit post ad electionem Deffris Edi Loquidẽ locũ primi occupavit ARP Joannes in Capto domestico perficiendã prius omnibus RRPatribus restituta activitate iuxta prescriptũ Constitutionum Provinciæ deuenerit.

Anno ut Supra die 4 Maij Perill. R Provlis instituit Deffinitoriũ cũ electo Definitore ARP Gabriele in quo post maturã deliberationẽ decretũ in Causa et actione Superius agitata tulit quod e tenoris talis. Perillis P. Provlis auditis utriusq partis, Actoreũ obiectionibus et rationibus tam ex Jure Commune de transeuntibus ad aliã religionẽ, tum Declarationibus Concilij Tridentini ac Canonistarum rationibus et alijs adductis motivis et allegationibus invalidã Professionẽ probantibus quæ eusq in processu Causæ et seorsim in Scheda sunt expressa. Tum quoq partis defendentis bene trutinatis defensis visis quoq actu Susceptionis eiusd ad Novitiatũ cum sufficientibus clausulis facta et precautionibus et actu admissionis ad Professionẽ in quo sibi specialiter præcavet Conventus. Visis præterea Specialibus Bullis Summorũ Pontifi. Martini Clemend Alexandri Super admittendis ad Ordinẽ Nrũ ex alijs Religionibus nullius licentia desuper requisita Ordini Nro specialiter concessis tum et alijs motivis, validam illius professionem probantibus, quibus lectis et bene trutinatis ac discussis cũ Definitoriã Professionẽ RP Augustini validam nec repugnantem Juri communi adinvenit et declaravit prout præsenti Sententia declarat dicit et Sententiat ac parti Actoreũ per-

petunt Silentium imponit ne similia in posterū obyciant sub pœnis gravissimis, utq mutuā foveant charitatem demandavit Psente me Notario Publ. ad hunc actū deputato Joanne Węgkiewicz. OHP.

+

In Nomine Domini

CAPITULUM PROVINCIALE

Anno Domini 1715. Feria Quinta post Dominicam Tertiam post Pentecosten Quae fuit Dies Quarta Julij Anni ejusdem. Post Votivum de Spiritu S[anc]to Solemniter celebratum more solito post pulsum campanae congregatis A[dmodum] R[evere]ndis Patribus institui Capitulum Provinciale Perill[ust]ris et Adm[odum] R[evere]ndus D[omi]nus Provincialis Bernardus Bulowiecki, in praesentia Adm[odum] R[evere]ndi Joannis Wijcziewic Primi Definitoris. Item in praesentia Adm[odum] R[evere]ndi Gabrielis Szczurowitz Definitoris secundi, ac Adm[odum] R[evere]ndi Clementis Sladeck Praepositi Calissiensis Adm[odum] R[evere]ndi Melchioris Pilsli Adm[odum] R[evere]ndi Bonaventurae Wilewicz. In quo post sermonem Perill[ust]ris Adm[odum] R[evere]ndi D[omi]ni Provincialis ad R[evere]ndos Patres factum praesentavit Literas ab Illustrissimo Generali, in quibus in Praesidentem Capituli nostri Provincialis deputavit Perill[ust]rem Adm[odum] R[evere]ndum D[omi]num Gabrielem Szczurowitz, quibus lectis totum Capitulum nemine reclamante eundem acceptavit, qui Jurisdictionem praesidentiae suae fundavit. Deinde secuta Electio Secretarij Capituli hujus Provincialis, qui ex Eligentibus, votis Quinque electus P[ate]r Clemens Sladeck, et fidelitatis Capitularis juramentum praestitit. Postmodum Perill[ust]ris D[omi]nus Provincialis et Praepositi ad manus Perill[ust]ris D[omi]ni Praesidentis Officijs suis resignarunt et sigilla reposuerunt. Tandem Perill[ust]ris D[omi]nus Praesidens post prandium pro hora Tertia Sessionem limitavit.

Post prandium Instituta est Sessio, in qua R[evere]ndus P[ate]r Casimirus Hognacki supplicavit ut admittatur ad Capitulum Provinciale, ut Vocem Activam et passivam habeat. Qui autem ante hac per Decreta ob certos ejus excessus inhabilis inventus, ideo Perill[ust]ris Adm[odum] R[evere]ndus D[omi]nus Praesidens cum Capitularibus Patribus inito Consilio non poterat in hoc dispensare et remissus est ad ipsum Ill[ustrissi]mum Generalem pro dispensatione super hac inhabilitate, si id poterit impetrare, Perill[ust]ris D[omi]nus Provincialis cum Capitulo suo supplicantem libenti animo acceptabit. Item in eadem Sessione injunxit Perill[ust]ris R[evere]ndus D[omi]nus Praesidens ut debita Conventus Crac[oviensis] connotentur, et Crastina die Capitulo praesententur. et soluta sessio.

Feria Sexta Subsequenti in Crastino de mane instituta Sessio, in qua quia non comparuit Adm[odum] R[evere]ndus P[ate]r Andreas Koszelnicki Praepositus Skarisinensis, non obstante ipsius absentia Perill[ust]ris D[omi]nus Praesidens processit ad ulteriora. Inprimis ad electionem Oppositoris, et Nominatus est viva voce Adm[odum] R[evere]ndus P[ate]r Melchior Pilsli ad opponendum. Postmodum descendit ad Calculationem debitorum passivorum Conventus Crac[oviensis] cum suo Capitulo; quantum potuimus plus vel minus adinvenimus Viginti Octo Millia Florenorum polonicalium. Circa vero Activa Debita Conventus ejusdem, ista manebunt penes futurum Perill[ust]rem Provincialem. Deinde lecta est protestatio Adm[odum] R[evere]ndi D[omi]ni Exprovincialis Bernardi Bulowiecki

contra R[evere]ndum

contra Rndum Patrem Valerianum Jasinski, cujus causa cognitio rejecta est ad quem de jure. In eadem Sessione Rndus Pr Clemens Sladecki Praepositus Calissiensis de propria sibi ad usum concesso reposuit Quinq Aureos in mensa Capituli: Item Centum florenos Polonicales Conventum Cracoviensem depauperatum ex charitate fraterna in suis expensis adjuvando. In eodem Capitulo juxta Constitutiones edidit decretum contra Proprietarios suum proprium conscribendus, et eidem Perillri Rndo Dno Praesidenti demonstrandum.

Eadem die post prandium descendit Perillris Dnus Praesidens ad Revisiones Librorum, et in primis Conventus Crac. ac aliorum Conventuum quae Revisiones lectae et Regestra praesentata ob alia negotia urgentiora ad examinandum et decretandum post electionem Perillris Rndi Dni Provincialis et Praepositorum localium rejecit ac dimisit et soluta Sessio.

Sabbato subsequenti instituta Sessio de mane, et lectum est Regestrum Equorum Boum et Vaccarum intercedentium. Capitulum inquirebat a Rndo Procuratore rationem quo a subditis devenerint acceptae pecuniae? Produxit igitur Rndus Procurator earum calculationem non in toto quidem, sed eas pervenitentiam et fures sublatas fuisse dixit. Praetensiones Mgci Domini Holodynski olim Tenutarii Villae Wola in Capitulo productae et lectae sunt, et quoniam Conventus Crac. non potest parata pecunia eas exolvere, ideo componendum cum eodem quam faciliori modo pro parte Conventus decrevit. Item Proposita fuit Causa quam Conventus cum Illmo Episcopo Crac: in Curia Romana prosequitur, defendendo Jura sua et Exemptiones a Jurisdictione Loci Ordinarii, qui se ingerit in Bona Conventus, et de ijsdem Dispositiones juxta suum arbitrium facere intendit, Hospitale exemptum visitare, Ordinationes vult statuere; sed quoniam tantum negocium magnas impensas exigit non tantum Conventus Crac. sed et aliorum Conventuum in hoc universali negocio, ideo communi impensa prosequendum Capitulum Provinciale statuit: Conventus San domiriensis pro litis expensis in hoc negotio ex villa Sulkowice quondam, ad praesens Zagrody, pro Annis Undecim retentum censum praesenti 1715. quam primum fuerit evicta Perillri Dno Provinciali ad manus reddendam declarat. Insuper ex Censibus retentis a Summa Capitali Duorum Millium in Siedlec inscripta provisionem ad Diem 1a Dices in Anno praesenti 1715 retentorum, de unanimi Capituli Provincialis consensu, ad manus Perillris Provincialis quam primum receperit ad Adm. Rndi Praepositi consignari Conventus Calissiensis ad hoc negocium prosequendum ex censibus a Summa apud infideles Judaeos inscripta retentis quam primum evicti fuerint, declarat florenos Mille Ducentos.

Post prandium eodem die instituta est Sessio et agitata Causa Censu... cessi fundationi Gnosi Hadrowski in Ecclesia Ecclesiae Biskupiensi pro Missis absolvendis per Adm. Rndum Plebanum et Officio Immaculatae Conceptionis decantando, qui census sine scientia Adm. Rndi Parochi Gabrielis Siegurowski perceptti et de ijsdem quietatio in Castro Crac. in praejudicium Parochiae facta,

in posterum

in posterum igitur Perillris Dnus Praesidens cum Capitulo Provinciali seris inhibet, ne
praesumat jurisdictionem inferiorum Dnus Provincialis perturbare et in negotia
illorum Personas concernentes, se ingerere. In eadem Sessione Adm
Rndus Dnus Exprovincialis Bernardus Bulowicki Positivum, post quondam
defunctam Agnetem Migaszewiczowa quem recepit post ejus mortem tempore
pestilentiae, in hoc Capitulo Provinciali pro usu Ecclesiae Conv. S. Crucis reddidit et
applicavit. Corona Ecclesiae Sandomiriensis ut asserit Adm Rndus Ex-
provincialis pro decem Taleris Imperialibus divendita, injunctum est, ut Adm
Dnus Exprovincialis hos decem Taleros eidem Ecclesiae Sandomiriensi omni-
no restituat. Inhibetur etiam Missa solemnis de requiem celebranda infra
Octavam Pentecostes, quod alijs annis solita erat celebrari. Tandem Ele-
ctio futuri Provincialis, Praepositorum et aliorum Officialium assignata
est pro Feria Secunda post Dnicam Quartam post Pentecosten. Et absoluta Sessio.
Feria Secunda Die 8va July. Instituta Sessio, et ante electionem ali-
qua negotia proposita. Primo Adm Rndus Parochus Bistupicensis
proposuit, quod Conventus Crac: cum injuria suae Ecclesiae aliquas Decimas
usurpaverit et in usum Conventus converterit, sed quia in continenti nullum
jus super eo productum, ideo futuro Provinciali revidenda jura commis-
sum et quod justitiae est decidere demandatum; quod si in favorem Conventus
sui Perillris Provincialis aliquid deciderit contra expressa jura (si producta
fuerint) ad Capitulum Provinciale a Decreto definitorio appellatio conceditur.)
Restabant alia decidenda et statuenda ratione Regularis Disciplinae, tum
majoris commodi Bonorum, sed quia Conventus penuria in longum protrahere
Capitulum non permittit, ideo parcendo sumptibus Conventus ejusdem
ad electionem Provincialis et Officialium descendit. Reliqua negotia post
electiones expedienda reservavit. Tum descendit ad Sacrum de Spiri-
tu Sancto celebrandum omnes Rndos Canonicos ad illud invitando, quo ab-
soluto, iterum ad locum Capituli descendit, ubi praemissa Invocatione S. Spiri-
tus Actum apposita Exhortatione, in qua commendavit Rndis Canonicis
ut in hoc calamitoso tempore provideant et eligant apta subjecta discipli-
nae regularis amantia nec privatos respectus attendant, sed solum Deum
prae oculis habentes majorem DEI gloriam et bonum Religionis secun-
dum dictamen Spiritus Sancti, quos magis idoneos probaverint eligant.
Deinde, de Consensu totius Capituli Provincialis Absentes Rndos Canonicos
pro hac sola vice inter Candidatos describendos decrevit. Quoniam vero
Adm Rndus Pr. Andreas Praepositus ~~[illegible]~~sitiensis legitime citatus non
comparuit, ideo cum Venerabili Capitulo decernit, quod ipsius absentia ni-
hil obstet, quo minus Canonicae et validae fiant Electiones; imo futuro Pro-
vinciali committitur Causa inquirendi ipsius absentiae, utrum legitima causa
an etiam contemptus in hoc intercesserit. Ad Officium Scrutatorum
Nominati sunt pluribus votis juxta praescriptum Constitutionum Rndi Patres
Melchior et Bonaventura. Tandem electus est in Provincialem

Mag. Frat.

Magistrum Perillustris et Adm. Rndj Dnus Joannes Wojciechiewicz unanimi
omnium Capitularium voce. Definitores electi sunt ex pluralitate
votorum et canonice in Primum Adm. Rndj Pater Bernardus Bulow-
ski in Secundum Adm. Rndus Pr Clemens Sladeck. Deinde Perillris Dnus
Provincialis Neoelectus processionaliter ad Ecclesiam cum decantatione Te
DEUm laudamus ductus, ibidem juramentum fidelis administrationis Hospi-
talis S. Spiritus praestitit, postea ad Stubam Capituli reductus jurisdicti-
nem fundavit. Et soluta sessio.

Post Prandium die eodem descendit Perillris Dnus Praesidens ad e-
ctionem Praepositorum. In Sandomiriensem electus est omnium votis et canonice
Rndus Pr Gabriel Szczurowitz. In Calissiensem Praepositum Adm. Rndj Pr
Melchior Pilski pluribus votis et canonice electus est. In Parochum Bo-
slupiciensem electus est Adm. Rndus Pr Clemens Sladeck Definitor
eundem pluralitate votorum atque canonice. Aliorum Officialium dilata ele-
ctio in crastinum ob negotia cum Illmo Episcopo Cracoviensi et soluta sessio.

Feria 3tia idest 9 July instituta est Sessio in qua continuando acta
Electionis interruptum negotio cum Illmo Loci Ordinario descendit Per-
illustris Dominus Praesidens ad electionem Praepositi Smertinensis in qua
electus est Adm. Rndj Pr Bonaventura Walewicz pluralitate votorum
et canonice. Officiales domestici ad futurum Capitulum Domesticum
differuntur propter paucitatem residentium in Conventu Cracoviensi. His
absolutis Perillris Dnus Praesidens reassumpsit omissas quasdam Constitutiones
circa gubernationem Provincialis et Praepositorum tam quoad spiritualia quam
et temporalia. Et Primo quoad Conventum Crac. et ipsius regimen. Siquidem ex
revisiones patuit Bona summe desolata subditis insufficientibus spoliata
propter oppressiones a Perillri Provinciali et Rdo Procuratore factas.
In villis enim duabus solum duas Cmetones Hortulanos sex tantum equos
Agros non debito tempore conseminatos neque debite excultos, (ex quo speran-
da collectio frugum paucissima) Servitoribus tam in villis quam in Conven-
tu mercedes deservitas retentas, tum alia debita contracta, insuper aedificia
summe desolata, proinde talem administrationem culpabilem adinvenit
ut pessimum damnavit. Sed quoniam aliquantum excusabiles communi
calamitas Regni et sterilitas terrae eos facit, ideo parcendo gravioribus
poenis ad cognitionem plenam praetensiones tam Adm. Rndi Pris Ex-
provincialis Bernardi Bulowiecki, quam Rndi Pris Bonaventurae Walewicz
Procuratoris non descendit, sed illas ad Capitulum domesticum Cracoviense
in praesentia Perillris Provincialis terminandas examinandas et finaliter
decidendas reliquit. Circa Regestra Conventus Sandomiriensis, quia
ex Summalis eorum perlectis patuit eundem Conventum in meliori esse
statu, ideo gratiae ipsi pro tali administratione sunt agendae. Ob autem
dubia de Regestris calculatis eorundem hic in Conventu in praesentia Defini-
torum reservatur. Subscriptionem vero calculatorum Perillris Dnus Praesidens

sibi salvam

sibi salvam relinquit. Et Adm Rndo Praeposito Inventaria jam et alia quae
sunt opportuna moderno Praeposito ut reponat injungit. Adm Rndus Pater
Clemens Sladech Praepositus Calisiensis quoniam non poterat de integro Rege-
stra consistere, sed oretenus dixit et affirmavit fide bona se pro statu suam possibili-
tatem Bona omnia administrasse et nullis debitis subesse, ideo eundem eodem
Rndum Dnum Praepositum ab omnibus impetitionibus liberum Perillus Dnus Prae-
sidens cum suo Capitulo Provinciali pronunciavit et declaravit, pro bona admi-
nistratione gratias egit, Informationem tamen in Scripto ad administrand
eadem Bona Praepositurae Calisiensis Successori suo dare tenebitur una cum
inventario. Postmodum Decretum in Conventu Crac. latum contra
Fratrem Paulum Kosmowski ob fugam ejus ex Religione nostra et trans-
migrationem ad aliam Ordis Cisterciensium, in Capitulo Provinciali est le-
ctum quod Capitulum Provinciale in omnibus approbando, insuper adjun-
xit ad terrorem aliorum ut subjaceat poenis Transeuntium ex una Reli-
gione ad aliam, Scilicet propter contemptum Religionis, ultimus tanquam
contemptus sedeat, sine promotione ad ulteriores ordines. Quod si notabi-
lis correctio ejusdem secuta fuerit, et in Religione Sancte et laudabili-
ter gesserit, in his poenis Perillustri Provinciali cum Consilio Capituli Conve
post aliquot annos dispensare liberum erit. His peractis actis gratiis Deo
Ter Optimo Maximo pro beneficijs collatis et Capitulo pacifice absoluto, data
benedictione ~~tam~~ omnibus Officialibus quam omnibus Rndis Patribus ~~[illegible]~~
Acta sunt ~~Sub~~scripta.

Joannes Baptista Wiszkiewicz S. Th. Doct.
Can. Regul. Ord. S. Spir. de Saxia Prot.
Mgr mpp

Clemens Sladeck definitor
Parochus Biskupiciensis et Secretarius
Melchior Pilski Praepositus Calisiensis mpp
Bonaventura Praepositus Stavisine mpp

Pr. Gabriel Sczurowitz Can. Reg. S. Spus de Sazia
ab Illustrissimo Generali Praesidens designatus
mpp

Definitorium

Anno Dni 1716 die 25 Junij Adm[odu]m Rdus Pr Provincialis instituit Definitorium
convocando Adm Rdum P. Bernardum Bukowiecki Defi: Anno Adm Rdum P.
Clementem Sladeck Defin. itidem et me Augustinum Skawinski
Secretarium Provinciae in causa Pris Floriani qui residens Sando-
miriae ibidem commisisse homicidium delatus est, in praesenti igitur Definitorio
visis et lectis Ano literis Adm Rdi Praepositi denuntiantis factum
ipso die Dnicae Resurrectionis tum etiam lectis et auditis juratis testi-
monijs quod dictus Pr Florianus Cocum in obsequio Conventus manen-
tem gravissime percusserit ad terram prostrato pectus genibus
et latera concusserit, Caput ad pavimentum manibus colliserit ex
qua concussione collisione infirmitatem idem Cocus contraxerit
qua deinde mors subsecuta quare Adm Rdus Pr Asssiting Dnus Provincialis
cum Definitorio sic habita plena informatione eundem incurrisse
Irregularitatem declaravit. Sed quoniam delicta non debent
esse impunita, idemque Pr Florianus ex alijs documentis quod sit
pronus ad percussiones tum Fratrum Canonicorum tum Familiis
pareat, itaque medicinalem poenam ad ipsius correctionem talem in-
jungit. Ano Carcerem Solem ex nunc per Medium Annum in in-
feriori loco Sustinebit sub tempus vero ejusdem carceris disci-
plinas per alium faciet qualibet fer: 6ta per psal: Miserere et
eodem die in pane et aqua iejunabit, alijs vero diebus sui carceris
duabus portionibus contentus erit, et cerevisiae media olla. Ex-
pleto Carcere ultimus post Fratres per Annum sedebit Officium
Lectoris per ordinem explebit. Elapso Anno ultimus post Pa-
tres per tres Annos erit, inhabilis per hoc tempus ad omnia
Officia declaratur. Et ne in posterum audeat similia Canonice
primo monetur. Et sic conclusum est Definitorium

Pater Florianus Canonice primo monetur

P. Florianus

Acta Visitationis

Anno Dñi 1716 die 14 Novembris Rssimus Patris Joannes Baptista
Wyskiewicz S. T. D. per Utramq Poloniã Pñis Mgr Canonicorũ
Reg: S. Spũs in Saxia Congr. et Hsptis Cracoviẽ Praepstq descendens ad
Conventũ Sandomiriensem Ordinis Nri per pulsũ Campanae a me Augusti
nô Stawiński Secretario factũ convocatis RRPP. Capitularibq eiusdẽ
Convẽtq exhibuit Literas Confirmatorias sui Prelatas ab Illssimo et
Rssimo Dño Dño Guibaldo Archiepõ Patracensi Ordinis S. Spũs Generali
Magistro Roma missas quas per me Secretariũ legi fecit quibus
perlectis et nemine ex RRPP. Canonicis contradicente jurisdictionem
Visitationis fundavit postea vero descendit statim ad Ecclam ubi
celebrando Missae Sacrificiũ de Spũ S. visitavit Tabernaculũ in quo Spe:
cies Sanctissimi recentes in pixide argentea tota deaurata cũ pa
tena et corona argenteis deauratis invenit. Postea descendit ad re
videndã Ecclam, Suppellectilẽ eiq et argenteriã et juxta Inventariũ
descriptũ in Anno 1715 oĩa invenit.
Eodẽ die post Meridiem Instituit Rssimus Patris et Venerabilis Visitatori
Sessionem per pulsũ Campanae in qua ~~per pulsũ~~ ad Calculationẽ Regi
strorũ tã ex remanenti quã aliorũ proventuũ per totũ hoc tempus tã per
ceptorũ tã expensarũ accelerando Actũ Visitationis descendit sed quonia
Admodum Rdus Dnq Praepstq Sandomiriens. Gabriel Ciecurowicz plenã Calculati
onem de remanenti a Rdo Dno Damasceno Administratore t[em]pre Capituli
Patris necdũ recepit unaq regestra aliorũ proventuũ qbq perpratã re:
manenti inseri debuerat nõ pduxit ex eo quod stantibq Existentibq Regni Istrũ
motibus longo tempore Saxonicos Milites intoto Conventu residentes
habuerit multasq calamitates in magno confluxu duorũ exercituũ perpessq
sit nec habuerit tempus quietũ conscribendorũ Regestrorũ ~~[illegible]~~ Patris Rssimq
Visitator suis attentis rationibus ad Actũ sequentem futurae Visitationis
Calculationem Regestrorũ pdictorũ distulit quae ut inveniat in futuro
Actu Visitãonis parata sub pdna Excommunicationis et aliis pdnis ar:
bitrariis injunxit. Simulq in Proprietarios Excommunicationẽ tulit
et ut ~~quisq~~ singuli RRPP. Canonici Propriũ suũ in schedis reddant
ac monstrent demandavit. Et soluta Sessio.

Anno ut supra die vero 16 Novembris Feria 2da Rssimq Visitator per
pulsũ Campanã instituit Sessionem in qua Praemisso prudentissimo Ser:
mone ad Vitam Religiosam movente ad Scrutinia secreta descendit
ex quibus patuit quod praedictus Conventq plurimas exigat pro au:
gendo imprimis cultu Divino in Ecclesia tũ Exemplari et Religiosa
Canonicorũ vita ac demũ meliori bono Hsptis Ordinationes proinde
Omnibus bene perpensis ac tractinatis quantũ Essens Rssmi Statq

afflictus permittit statuit et ordinavit. Imo ut semper in Choro juxta antiquum morem diebus festis Horae Canonicae recitentur diebus vero profestis Cursus Beatissimae juxta fundationem. Aliae quoque devotiones Confraternitatum secundum antiquam consuetudinem celebrentur.

Curabit praeterea Admodum Rndus Praepositus et diebus Dominicis et festis semper aliqua ad populum Exhortatio seu Concio habeatur.

Rndus Pr Sacristianus pro Missis Eleemosynas oblatas fideliter in libro connotet. Neminique liceat privatim pro Sacrificio Missae Eleemosynas percipere sub poena Excommunicationis, quod si aliquis percipisse privatim deprehendatur (etiam ipse Pr Sacristianus et non connotaverit) a Carbona et Censibus per Mensem suspendit.

Religiosae honestati consulendo Rssimus Visitator ad Cellas accessum Mulierum prohibet, et ut nullus Rdorum Canonicorum recipere, invitare colloqui in cellis suis cum foeminis audeat aut praesumat sub poena Excommunicationis ipso facto incurrenda cujus Absolutionem sibi ipsi reservavit serio inhibet. Quod si tamen aliqua urgentissima necessitas exigerit ut aliquod honestae personae admittantur id sine expressa licentia Adm Rndi Dni Praepositi et cognita prius legitima exigentia non permittit. Soluta sessio

Post meridiem Rssimus Visitator per pulsum Campanae instituit sessionem in qua ulterius procedendo quaedam necessaria decrevit et imprimis Quoniam Clausura Religiosa non potuit observari propter confluxum Militum per tantum spatium temporis Adm Rndo Dno Praeposito praecepit ut portam faciat reparari quo suo et debito tempore obseretur. Eadem solicitudo in resarciendis fornicibus Sacristiae Adm Rndo Dno Praeposito commendatur. In tanta temporis calamitate summam egestatem Pauperum visitando Hospitalis Rssimus Visitator cognoscens Adm Rndo Dno Praeposito Membra Xti recommendavit ut aliquam sustentationem ~~habeant~~ procuret et Census et Proventus Hospitalis in quantum his iniquis temporibus possibile evincat, demandat serio. Insuper Religioso quieto et pacifico Convictui Rdorum Canonicorum consulendo Rssimus Commissarius Visitator ab Antecessoribus suis reservatum Casum Canonis Si quis etc sibi itidem reservat et Absolutionem a violenta manuum injectione Adm Rndo Dno Praeposito prohibet. Quoniam ex Argenteria Ecclesiae una libra Argenti tum etiam vasculum argenteum alias Tabacchiera desideretur ideo solicitudini Rdi P. Damasceni tunc Sacristiani ejusdem Ecclesiae ut Ille eosdem

tanquam

many demandatis soluta Sessio.
Anno Dni ut supra die 19 Novembris post celebratum Missae Sacrificium Adssimus Vrlis convocatis per pulsum campanae RR Canonicis instituit Sessionem in qua praemissa sapientissima Exhortatione legi fecit conscriptas pro eodem Conventu Sandomiriensi Constitutiones quorum omnia circa observanda et adimplenda charitate fraterna recommendavit et finivit Visitationem.

Acta Visitationis in Conventu

Calissiensi peracta per Perillem Rdssimum Joannem Baptistam Wieckiewicz S. T. D. Can. Reg. S. Spus de Saxia Ordinem Magistrum et Hospitalis Conventus Crac. Praepositum Anno Dni 1716.

Anno Dni 1716 die 28 Novembris Perillis et Rdssimus Dnus Joannes Baptista Wieckiewicz S. T. D. Can. Reg. Ordinis S. Spus in Polonia Ordis Magr Conventus et Hospitalis Crac. Praepositus pro munere Officii sui juxta obloquentia Literarum Confirmationis ab Illmo et Rdssimo Dno Hubaldo Archiepo Tarracensi Ordinis Nri Generali Magistro sibi datarum descendit ad visitandum Conventum Calissien. Ubi per pulsum campanae convocatis Rdis Patribus sui adventus causam exposuit et Confirmationem per me secretarium legi fecit datam sibi ab Illmo et Rdssimo Ordinis Nri Generali Magistro et mox nullo ex RR Canonicis contradicente jurisdictionem fundavit. Dehinc ad Sacrificium Missae de Spiritu S. celebravit cui omnes RRDD Canonici interfuerant, Species Eucharisticas in pyxide argentea intra et extra deaurata visitavit, sed recentes adinvenit et ciborium bene clausum. Post Sacrificium Missae Suppellectilem Ecclesiasticam juxta Inventarium et Revisionem Anni 1715 die 13 Junij per Adm Rdum Andream Koscielnicki protunc Praepositum Calissiensem conscriptam juxta asserta Adm Rdi Praepositi moderni Melchioris Pilski audivit ~~u~~ tantum quia propter moderna ad incursiones conservata seorsum fuit tamen ex parte revisionem fecit et accessisse adinvenit nempe Planetas Nigras duas, Viridem unam cum quibusdam Antipendiis proportionibus. Dehinc de Argentaria quoniam in hoc turbido statu in Secreto et securo loco servata fuerat juxta ~~[illegible]~~ Revisionem superiorem in toto esse Rdssimus ~~[illegible]~~ Visitator audivit ~~[illegible]~~ ab Adm Rdo Praeposito. Post haec
Rdssimus Visitator descendit ad locum Capitularem in quo per pulsum campanae instituit Sessionem et imprimis ut regestra Proventuum et Expensarum producat Adm RD Praepositus mandavit. Sed quoniam Adm Rdus Praepositus eadem produxit insinuando Rdssimo ob continuam militum inquietudinem tum quod eorundem in Conventu continuam residentiam prout de facto plures in Conventu Milites residentes reperti fuerant

ideo in futuri actu visitationis eundem, Admodum Rndus Praepositus ut dicta Regestra
producant, Rssimus Commissarius Visitator Censuris Ecclesiasticis non
strinxit, sed pro futuro Deo dante Actu Visitationis ut bene conscripta
tam omnium proventuum quam Expensarum eadem regestra parata inveniat
Rssimus Visitator et ipse enim optime fratres conventus prodigenti sub poe-
na Excommunicationis ipso facto incurrenda et aliis Arbitrariis poenis praecepit.
Soluta Sessio.

Post Meridiem Rssimus Dnus Visitator per pulsum Campanae instituit Sessi-
onem in qua ut proprietarii omnes reddant praecepit etiam proprietarios
relinquit Excommunicatione. Insuper ut Admodum Rdus Praepositus satis
faciat Actui Capituli Provincialis immediati in quo injunctum
ut Summam Mille ducentorum florenorum apud Infideles Judaeos
per eundem R. D. Clementem Sladek sub Praepositura Antecessore
relictam, recipiat, receptamque quantocius ad Conventum Cracoviensem pro
Causis in Curia Romana promovendis transmittat. Sed quoniam
non transmisit, eandem pecuniam et nunc exsolvat injunxit Rssimus
Visitator. Admodum Rdus vero Praepositus fassus est quia eandem summam
a Judaeis acceperit sed eam pro Negotiis Conventus expendit tamen
etsi non totam tamen in Notabili parte approximabit in Casu in-
numerare saltem Quingentos florenos. Rssimus Visitator con-
siderando ~~magn~~ multitudinem Militum in Conventu manentium et sum-
mam incommoditatem quam optime peragendae Visitationis
annuit promissis Admodum Rdi Praepositi et solvit sessionem.
Interim ad revidendum Ecclesiam et Hospitale et ad videndam
familiam descendit, postmodum ad Internam Visitationem
et secreta scrutinia. Causam vero quidem Admodum Rdi Praepositi ad futuram Visitationem suspendit.

Anno ut supra Die 3tia Decembris Instituit Rssimus Visitator
Sessionem in qua de Admodum Rndo Praeposito approximationem pro
Causis promovendis in Curia Romana pecuniam requirebat ex-
tendam summam indigentiam et proximum periculum Causarum. Sed
quoniam Admodum Rdus Dnus Praepositus acceptam a Judaeis pecu-
niam in varios usus expendit et alia tam cito acquirere non
potest Rssimus Visitator serio demandavit et sub Excom-
municationis poena quatenus Admodum Rdus Praepositus quantocius
eandem pecuniam comparando Cracoviam transmittat. In eadem
Sessione proposita querela contra Admodum Rndum Clementem
Sladek antea Praepositum Calissiensem nunc Procuratorem Bilk...
quod et percepit cum ibi RR. Canonicis ~~...~~ divisionem non
fecerit et cuique satisfactione non providerit, quod negotium ad
futuram Visitationem dilatum. Quis tamen Ecclesiasticum aliud

vulgo

vulgo Olicie concessa ab Adm Rndo Praeposito eiusdem Civi Calissiensi de proditum omnino Ecclesiae restituat quod si resarciri non poterit justum pretium pro illo recipiat et eadem pecunia pro comparandis planetis aliud simile procuret. Sextra Sessio

Anno eodem die eadem post Meridiem ~~in qua habito sapientissi~~ facta Sessio in qua praemisso sapientissimo sermone exhortante ad Religiosorum conspicuam vitam Virtutes sectandas et utrasque Leges Ordinarias conventui Calissiensi accomodatas et competentes toties observandas Rndissimus Visitator serio demandavit et recommendavit sicque Visitationem finivit.

Acta Visitationis Praepositurae Stavinensis peracta

Anno Dni 1416 3 Decembris per Adm Rndissimum Joannem Baptistam Wiechiewicz S. T. D. Sacr. Reg. de Sexta per Utramque Poloniam Provincialem Ministrum Generalem Praepositum.

Ut supra Stavinensis Rndissimus Pater descendit pro Visitatione ad Praepositurae Stavinensis ubi in futura Sessione Literas Confirmationis praesentavit et legi fecit et statim non contradicente Adm Rndo Bonaventura Wiertelicz Praeposito eiusdem loci fundavit jurisdictionem postea descendit ad Ecclesiam in qua celebravit Missam et statim revisit tabernaculum sanctissimi cuius species in pyxide argentea intus et extra deauratam recentes invenit. Post Missam supellectilem sericeam et argenteam revisit et omnia secundum Inventarium conscriptum Rndissimus Pater invenit, et quod indigebant reparatione ut quantocius factum esse repararentur. Descendit postea Rndissimus Visitator ad locum Capitularem et statim ut Regestra tam Perceptarum quam Expensarum educari in judicio Rndissimus Visitator jussit in instanti produxit Adm Rndus Praepositus in quibus ex remanentis nihil sibi relictum fuisse patuit prout revisio plene ostendit facta Anno Dni 1415 et per Adm Rndum Clementem Sladek Praepositum pro tunc Calissiensem subscripta. Inventarium Boum Equorum revisioni concordare advenit Rndissimus hoc est Boves duos, Vaccas duas, Equos duos, Oves cum ariete sex, sues tres, porcos septem. In continenti Productarum per Antecessorem suum Adm Rndum Andream Koszelnicki conseminationis factam produxit, Siliginis Manipulos 32. Hordei Manipulos 45. Avenae Manipulos 95. ~~Dodonis alias Tatarki~~ Mili Sexagenas duas Manipulos 12. Triticum non fuit conseminatum. Pisi qua pars Coreti. Dodonis alias Tatarki Mensura una Vulgo Wiertel idem. Siliginis triturari wierteli dwa Hordei wierteli dwa Marki dwie Avenae wierteli 4 Mili wierteli 10 hac omnia pro familia expensa sed quia eadem familiae non suffecerant neque ad debitam conseminationem ideo nulla productura percepta alia. Expensam pro frumentis et victu produxit imprimis Adm Rndus Praepositus pro frumentis emptis ad conseminandum 252 dico ducentos fl: quinquaginta duos pro victu sic fl. 80

et familia fl: 34 In summa fl 366 dico fl trecentos sexaginta sex. Ubi hic a Benefactoribus impetrata frumenta pro sustentanda familia se non conscripsisse asseruit Adm. Rdus Dus Praepositus sed eadem recommendavit gratitudini. Rssimus Visitator incontinenti Regestra subscripsit et pro solicitudine oeconomica gratias egit Adm. Rdo Dno Praeposito qui etiam in eodem Actu Visitationis incusavit negligentiam Antecessoris sui quod neque conseminaverit agros neque pro futura conseminatione excoli fecerit insuper quasi ex industria et consulto Praeposituram desolare intenderit. Quibus auditis et visis Rssimus Visitator distulit ad aliud tempus et suam finivit Visitationem.

Acta Visitationis Parochiae Pisstupicensis quam Perillris Rssimus Joannes Bapt. Wiedkiewic S.T.D. C. Reg. S. Spus Provincialis Mgr Cong. et Apslis Comes Rssimus percepit Anno 1717 13 Januarij qui idem Rssimus ad eandem Parochiam descendendo Adm. Rndo Clementi Sladeck Definitori et eiusdem Parochiae Plebano Literas confirmationis monstravit ac per suum Secretarium legi fecit et acceptante Adm. Rndo Parocho jurisdictionem fundavit post quam Rssimus Visitator descendit ad Ecclesiam ubi Missa celebrando visitavit Ssmi Tabernaculum Dei in pyxide argentea intus et extra deaurata species Eucharisticas recentes adinvenerit. Post Missam supellectilem Ecclesiasticam et Argenteriam vidit et secundum Inventarium conscriptum de Anno 1713 reperit Rssimus Visitator. post haec in loco Capitulari Regestra Perceptarum et Expensarum produci mandavit quod Adm. Rndus Parochus dixit se non habere conscripta ex eo quod expensam de suo peculio sibi ad usum concesso factam esse asseruerit, Perceptam vero ex proventibus Parochialibus nullam fere esse dixit. Attamen pro futura Regestra dante Visitatione producturum se promisit quod etiam Rssimus Visitator serio demandavit et suam feliciter finivit Visitationem.

Definitorium

Anno Dni 1716 30 Januarij Rssimus Pater instituit Definitorium mediernum in Causa Fris Candidi qui manendo in Conventu Sandomiriensi Cstum testimonia in Actu Visitationis eiusdem Conventus justificant scandalose vixerat inhonestam et carnalem vitam cum quadam in Clarao puella ducendo multaque alia scandala faciendo ad cuius correctionem paterne cum fragilitate humana procedendo tale tulit decretum

quod est

quod est tenoris sequentis. Ad mortificandam carnem Carcerem
Poleni per Medium Annum habebit tempore cuius fer 4ta et 6ta
in aqua et pane jejunabit et sabbatho. Feriis 2da 4ta et sabbatho
per seipsum in Litaniis feria vero 6ta per alium disciplinam fa
ciet expleto carcere per Annum ad Civitatem non exibit. Ubi modo locum
per tres Annos in omnibus actibus habebit. et Aluminio non utetur et ad
Ordines sacros uberiores inhabilis redditur. quod decretum acce
pit gratias agendo pro Charitativa Correptione et exnunc ad
Carcerem ivit. Et soluta sessio.

Anno Dni 1414 die 10 Sept. Definitorium fuit in Negotio
RR. D. Melchioris Praepositi Calissiensis qui in Certa Causa contentiose
vocatus ad Officium Spirituale Saeculare Cuius Causae tempore
disputationi ut pacificaret admonitus a Rssimo Patre quod quia con:
tempsit et consilia non audivit sana, ideo facta sunt hoc mala quibus
obviando ne deteriora contingant in confusione Congregationis ab Illu:
strissimo Loci ordinario Archiepiscopo, iisdem Spiritus et omnibus in hac
sessione praesentibus ut amoveatur a Praepositura propter bonum pacis.
quod Negotium commissum Rssimo Patri pro actu ... [illegible] ... soluta sessio.

Visitatio 2da Conventus Calissiensis

Anno Dni 1419 die 13 Octobris Perillustris Rssimus Joannes Gregor[ius]
Wyechiewic S. T. D. Can: Reg. S. Spiritus de Saxia per Ulteriorem
Poloniam Provincialis Magister Conventus et Hospitalis Crac[oviensis]
Praepositus pro Munere suo et Sollicitudine, Paterna
descendit ad Conventum Calissiensem pro Visitatione quam ut
feliciter inchoaret prius sacrificium Missae de Spiritu Sancto
celebravit ac sanctissimam Eucharistiam in Ciborio bene
ordinato et pyxide argentea deaurata invenit cuius species
recentes invenit. Finita Missa et totaliter adinventa Suppel:
lectili Ecclesiastica sibi Inventarium Conscriptum descendit
ad Mansionem Admodum RR. Praepositi eiusdem Conventus in
qua Convocatis RR. PP. fundavit jurisdictionem sol:
vendo sessionem.

Sessio 2da

In hac sessione Perillustris Rssimus Patris RR. Laurentium
Zastrzewski C. R. Ssimi post expletum quinquennium
unanimi Capitularium voto admisit ad Capitulum ... [illegible]

nominatus R. D. Laurentius scdum Constitutiones super servanda secreto Capituli juramentum praestitit. Post haec Rssimus Perillris sapientissimo et zelosissimo sermone magnam calamitatem totius Congregationis Nostrae ratione Causarum in Curia Romana agitatarum cum Illustrissimo Loci Ordinario Cracov. exposuit quare singularem devotionem pro felici successu Causarum commendavit, ad [illegible] vero earundem Causarum promotionem quoniam Venerabile Capitulum Provinciale immediatum summam Mille ducentarum florenorum relictam apud Judaeos ab Adm Rndo Dno Clemente Sladek pronunc Praeposito Calisiensi et censibus collectam ut Modernus Adm R. D. Melchior Pilski Praepositus recipiat ab ipsis Judaeis et receptam quam citissime Cracoviam transmittat decreto injunxit itaque in hoc actu Visitaonis (quoniam non est transmissa et totaliter recepta eadem summa) Perillustris Rssimus Visitator praecepit ut eam in Cistam Adm Rdus Praepositus ~~praedu~~ sub poena Excommunicationis enumeret. Et Regestra tam perceptarum quam Expensarum producat ~~[illegible]~~ injunxit. Soluta sessio.

Anno ut supra die vero 15 ejusdem Octobris Perillris Rssimus Procuratoris revisionem ad Conventum cum Praedijs fecit. In Conventu aedificia propter vetustatem reparatione indigere praecipue braxatoriam vidit et Adm Rndo Praeposito summe recommendavit. Praepositurialem domum in parte reparatam hoc est a fundamentis medietatem ad imum depressam ad justam et aequalem aedificij altitudinem erectam advenit. Tabernam vero ad antiquis ruinis parte media dejectam altera vero parte ruinis proxime subjacentem advertit. In Praedio Secundo recipsorum aedificia extare et nihil ac uiter accessisse consideravit, Perillris Rssimus Procuratoris his inspectis finivit sessionem.

Sessio 3tia.

In hac sessione Perillris Rssimus Procuratoris monuit eundem Adm Rdum Praepositum R. do imo sub Excommunicationis poena ut decretis tam Capituli Provincialis immediate praeteriti, quam antecedentis Visitationis pareat ac summam pro Causis promovendis in Curia Romana assignatam ut supra transmitteret. Regestra quoque conscripta tam perceptarum quam ex:

pensarum producat sed nihil horum fecit Adm Rndus Rdsptor.
sed serio admonitus ut quantocius curet expeti mandata haec
... rite firmanda quae sunt registrorum et soluta sessio.

Sessio 4ta

Perlis Adssimus Pctlis in hac sessione descendit ad scrutinia sive ra ex quibus adinvenit alia indigere correctione alia admonitione alia ad bonum ordinem et majorem cultum Divinum ordinatione. Et primo. In Hospitali debita carere sustentatione pauperes adinvenit quare injunxit Adm Rndo Rdsptro ut juxta antiquum morem quantum praesens status calamitosus permittit Dni Nostri pauperes alantur et Membra Xti in charitate tractentur ab obligationibus excessivis eorundem se contineat Adm Rndus Rdsptor demandavit. In Ecclesia cultus Divinus promoveatur, Missa singulis diebus legatur, diebus festis Vesperae recitentur in Ecclesia, Obligationes Missarum soli Adm Rndi Patres residentes in Conventu absolvant, non vero extra manentes. Sacra tecta Ecclesiae praecipue Turricula Ecclesiae altiores propter vetustatem ruinam minantes noviter contectae tegulis reparata etiam ab intra ornatus Ecclesiae provideatur. In eadem sessione Adm Rndus Dnus Rdspositus petiit suscipi suae Rdspositurae resignationem sed certis de causis et quidem magnis eandem resignationem Perlis Adssimus Pctlis non suscepit imo ad deliberandum de eadem resignatione Adm Rndo Rdsptro tempus ad futuram sessionem persuasit et in his soluta sessio.

Sessio 5ta

Incipit sessionem Pctlis et Adssimus Provlis in qua ultimario requisivit ab Adm Rndo Rdsptro productionem regestrorum tam perceptarum quam expensarum tum enumeratione summarum pro Regestris et Causis Provinciae ordinariae et a se [illegible] receptae. Sed quoniam Regestra non produxit Adm Rndus Rdspositus ideoque ipsius negligentiam in conscribendis regestris [illegible]ibilem Perlis Adssimus Provincialis adinvenit. Quantum vero ad summam pro regestris Provinciae ordinatam et acceptam ... ad minimum quadrantem quoniam eandem Adm Rndus Rdspositus se expendisse asseruit ideo ut de proventibus et censibus Conventus Calissiensis collectam primis diebus Januarii Anni proxime futuri 1745 ad Conventum Cracoviensem Adm Rndus Rdsptor transmittat sub poena privationis ab Officio Rdspositurae. Quod vero ad famam publicam

Infamationis circa conversationem inhonestam cuius cognitio-
nem Perlis Rdssimus Provlis Anno praeterito die ultima No-
vembris ad futurum Actum Visitationis sibi reservaverat, ex eo
quod Militum Saxonicorum in Conventu Calissiensi copia Actum
Visitationis perfecte absolvere et debitam inquisitionem
circa idem delictum facere utrum actu fuerit necne, an
fuerit insimulatus eiusdem Rdus Pptus per malitiam aemuli
ex eo quod fuerat convalidatus, impediebat. Quoniam vero
in praesenti Causa idem Rdus Praepositus Calissiensis primo ad Offi-
cium Consistorii Calissiensis ad assistentiam Instigatoris fuit evo-
catus, deinde ad Judicium Celsissimi Principis totum hoc nego-
tium ex Consistorio remissum, quod procuratis remedijs apud
Illustrissimum Nuntium Apostolicum ordinarium Judicem
Exemptorum idem Rdus Pptus evocavit ideo in praesenti
Actu Visitationis praedictam Causam adinveniendo Perlis
Rdssimus Provincialis cognitionem illius et decretum circa eandem
suspendit: serio praecipiendo eidem Rdo Praeposito sub poena
privationis et alijs juxta Constitutiones Nostras arbitrarijs
poenis ut intra spatium trium Mensium vel quantocitius eandem
Causam promoveat et decretum sine ~~an~~ omni dilatione obti-
neat ad sedandam infamiam, sumptibus tamen de proprio sibi ad
usum concesso, illudque decretum Cracoviam ad Conventum Nostrum pro
pleniore informatione transmittat. Quodsi vero eandem
Causam prosequi et dilationibus de industria usus fuerit
elapso spatio fatali ad Definitorium Provinciale praesen-
ti decreto Perlis Rdssimus Visitator eundem eidem Rdum
Praepositum remittit. In eadem Sessione instante eodem Rdo Praeposito
Fravisinensi Perlis Rdssimus Ptis inhaerendo Actui Capituli Pro-
vincialis in Anno 1712 die 20 Junii facto consensit Venerabile Ca-
pitulum ad litteras supplicatorias Ptis et eiusdem Rdi Dni Valen-
tini Sironski Decani et Praepositi Fravisinensis permutationem
quorundam hortorum certis de Causisque dedit, atque facultatem
Perlis Rdssimus Ptis eidem Rdo Praeposito Fravisinensi
eorundem permutandi hortos salvis tamen et servandis obliga-
tionibus Actus Capituli Ptis supra specificati. In eadem
sessione data est facultas Rdo Pri Andreae Tiszelnicki
extra manendi ad sex tantum Menses. Post his licet ... sunt
ordinationes pro eodem Conventu destinatae a Perli Rdssimo
Provinciali quarum tenor sequitur talis.
Cum Dei auxilio peracta Visitatione in Conventu Nostro Calis-

siensi

sienti pro meliori eiusdem tam quo ad Spiritualia quam quo ad ~~corporalia~~ temporalia aliqua ordinanda duximus prout praesentibus statuimus et ordinamus. Imo Cultus Divinus in Ecclia prae: novetur: Missae Sacrificium quolibet die legatur: Vesperae diebus festis in Ecclia recitentur. 2do Pauperes charitative tractentur et juxta possibilitatem praesentis status de victu eisdem provideatur. 3tio Decori et honestati RR. Canoni corum providentes statuimus ut nullus sine licentia eidem Rdi Praepti ad Civitatem exeat. Vestitum superfluum et secularem modum redolentem fugiant. Ad Cellas suas tempore vespertino etiam ad Praepositura eidem Rndi Praepositi domus foeminas non admittant. 4to Eidem Rndus Praepositus retentos census quantocius vindicet. Summam quae in Ca: pitulo Provinciali ordinata ad promovenda negotia domus Provinciae Nostrae totius Anno sequenti proxime Mensis Januarij transmittat. In reliquo quae sunt sancta quae pudica quae laudabilia in charitate Illmus Rssimus Provincialis recommendavit sicque finivit Visitationem.

Visitatio Praepositurae Stavisinensis

Anno Dni [illegible] die 14 Mensis Octobris Illmus Rssimus Joannes Bapt: Wypchiewski S. T. D. Can: Reg: S. Spus de Saxia Provincialis Magr secundum Constitutiones Nostras descendit ad Praepositurum Stavisinensem pro Actu Visitationis et imprimis ad Ecclesiam ubi qua celebrando Missam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum invisit cujus Species in pyxide Argentea deaurata recentes adinvenit. Post haec suppellectilem Ecclesiae vidit quam omnem secundum antiquum Inventarium reperit. Ecclesiam in parte ab extra noviter tectam vidit et ut altera pars ejusdem Ecclae quantocius contegatur serio demandavit. Deinde Campanam supra Ecclesiam in turricula noviter ab eodem Rndo Praepto comparatam seu pro Antiqua defracta permutatam additis [illegible] animadvertit. Tum ad Oeconomiam descendit Rssimus Illmus ubi sarta tecta tam in aedificiis Praepositurae quam Hospitalis reparatione indigere vidit et ut easdem eidem Rndus Praepositus pro posse reficiat et reparet commendavit. Inventarium Autem quo ad pecora, Agros bene contentos vidit Rssimus Illmus. Post haec ad Calculationem Regestrorum [illegible] est quod debite conscripta tum quo ad crescentias

frumentorum tum quo ad perceptam atque Expensa fuere. In quibus paruit quod Admodum Rdus Praepositus praeter Ordinariam Expensam pro frumentis tam pro alenda familia quam pro conservatione expendit fl 29 gr: 4 ex varijs proventibus fl 32 quae summa facit 61 gr 4. Expensae pro siligine empta fl 53 gr 20 Varia expensa fl 215 gr 2 d 2. quam summam in toto fl: 209 gr 22 d 2. quoniam pro bono loci illius de suo expendit ideo de proventibus eiusdem Rdo Praeposito recipiendos decrevit Adm[odum] Rdus Pater et regestra producta subscripsit ac Visitationem finivit.

Visitatio Conventus Sandomiriensis

quentias vero subsequendas prævidens et bono loci in statu pessimo existentis prospiciens curam Economiæ tempora-lis fratri Remigio commisit cujus munus et officium qua-le debeat esse in seorsiva ordinatione reliquit et cum in-dagatio regestrorum Adum Rdi Præpositi foret difficilis tantum segetes in conventu restantes commensurare mandavit ac earumdem seorsivum regestrum reliquit tum etiam remanentia in hollodio crescentiæ adnotata. Di-vertit demum ad Prædium Iwiec quod prædium in sta-tu antiquæ ruinæ extitisse vidit, in quo pro modulo pos-sibilitatis stabulum pecorum notabiliter stramine tectum Inventarium vero satis tenue in seorsiva conscriptum scheda. Inde rediens reiudit domum tabernæ Conventus annexum quondam Illustrissimæ Castellanæ Respiriensis summa trecentorum florenorum obnoxium, et cum fundo emptum quam memorata Magnifica Castellana Conven-tui cessit, hanc domum similiter sine consensu et notitia altioris superioris pro summa florenorum quadraginta prænominatus Adum Rndus Damascenus inique vendi-dit plurimiq debitores familia deservitam apud nomina-tum Adum Rdum Damascenum mercedem habens con-fluebant quos ad conferendum cum eodem resolvit tandem sartatecta Præposituræ revisa quæ omnia penitus de-solata nec reparari nisi de novo erigi possunt excepta quasi tertia parte braxateri Anno præterito noviter tecta Ex Scrutiniis etiam patuit quod sæpius sine cele-bratione Missæ vacat Ecclesia. Quare ne frustrentur dispo-sitiones Fundatorum Rndum Patrem Theophilum pro adjutorio in hoc loco reliquit cujus etiam muneris erit Adum Præpositum cum modestia religiosa in rebus ad bonum regimen pertinentibus cautum reddere, his peractis visitationem terminavit et se piis suffragiis commendans spretis viarum incommodis iter 28 die assumpsit.

Visitatio Præposituræ Stavisinensis

Anno Dni 1739 d 26 January Perillustris Rndmus Pro-vincialis pro Visitatione loci Stavisinensis condescendit et incon-

tinenti post fundatam jurisdictionem illamq acceptatam cepit Visitationem Ecclesiæ visitato SSmo inventarium Ecclesiæ illius inventavit quod pro nunc in suo conservatur esse præter Monstrantiam quæ per Rndum Melchiorem apud Judæos Calisienses oppignorata pretio Perlstris Rndmi Provincialis ab ijsdem redempta in Archivo Contus Cracoviensis observatur idem Perlstris Rndmus Provincialis multum deliberabat de loco seu de Subjecto illi loco providendo maxime cum electio Capituli Sandcoviensis cum Definitorio facta Rndum Dnum Theophilum in Præpositum Stavisinensi nominaverit qui suum non recusabat laborem. cæterum perpensis et mature discussis circumstantijs tum persuasioni Illustrissimi Capitanei Stavisinensis plurima se loco illi præstiturum offerentis Adum Rndm Bonaventuram ex solo fere quæstu se et famulum sustentatem in loco Stavisiensi reliquit Ordinationem seorsivam conscriptam eidem reddendo modestiamq religiosam ac Sobrietatem serio commendando subsequenti die idest 26 visitationem terminavit et facta benedictione discessit

BULLÆ

Priuilegia diuersa Ordinis S. Spiritus de Saxia, aliæq; Scripturæ pernecessariæ notatu dignæ et lectu iucundæ, et multa Monimenta Curiosa. ac inprimis.

Instrumentum publicum circa Crucem duplicem Ordinis S. Spiritus, Româ allatum cum cæteris Scripturis quæ sequuntur per R. P. Fratr. Albinum Komorowicz Sacræ Theologiæ Doctorem, in Sanc. formam.

Testimonium Circa Crucem duplicem Ordinis S. Spiritus sub Regula S. Augustini, Cuius Crucis duplicis Icon Originaria ligno effecta et in Galliam ex Bethania a S. Martha allata adhuc hodie reperitur in rerum naturâ cum post eius obitum posita fuerit in eius sepulchro, deindeq; accurate conseruata vna cum Sanctis eius Reliquiis.

Nos infra scripti fidem facimus & attestamur in Iesu Christo qui venturus est iudicare viuos & mortuos qualiter vigesima mensis Augusti proximè præcedenti Dominus de La Terrada Generalis Ordinis Sancti Spiritus sub Regula Diui Augustini cum honestatus esset accedere ad inuisendũ D. Sanctam Martham in nostra Ecclesia Collegiali Tarasconis, hodie ad eam reuersus Nobis supplicauit quatenus illũ fauore prosequi volentes annueremus, quod posset iubere fieri per quendã fabrũ lignarium Tres duplices Cruces super modulo seu Archetypo illius, quam Domina Sancta Martha in Commemorationem IESV Christi semper gestauit vita eius durante quâ superauit Draconem vulgo Tarasquũ denominatum, boue maiorem, equo longiorem, cauda serpentis cum sex pedibq; in forma hominis, collum & caput habentem ad similitudinem illius Leonis

qui devorabat populos circumvicinos terra marique, aspersa aqua benedicta cũ eadem Cruce
~~mortuis revocavit iuvenem quendam~~, illum abiurando in nomine JESV Christi & hac eadem Cruce
è mortuis revocavit iuvenem quendam inter Civitatem Avenionis & Rhodanum in quo
se submerserat, dum vellet natando illum traiicere, ut veniret audire Dominam Sancti
Martham praedicantem JESV Christi mortem & passionem, quae virtute eiusdem Crucis & ea
quae à JESV Christo suis precibus conferebatur aquam in vinũ transmutavit dum ab illa vo
catis pro consecratione suae Ecclesiae Sancto Maximino Archiepiscopo Aquensi & Sancto Tro
phimo Archiepiscopo Arelatensi illis in refectione vinum defecisset. Et in virtute eiusdē
Crucis & virtute operata à Christo Dño, eiusq; meritis plurima alia miracula edidit
Dictaq; Crux duplex posita fuit in eius sepulchro in hora suae mortis et semper fuit
conservata una cum eius Sanctis reliquiis. Et ut maior fides adhibeatur praesentiae
testationi factae ad gloriã JESV Christi eiusq; Sanctissimae Virginis ac hospitis Domi
nae Sanctae Marthae, voluimus tradere dicto Domino V. Generali praesentem decla
rationem ac attestationem, postquam supra dictae tres Cruces duplices quas fecerat fieri
ut supra contactae fuerint illi, eiusdem Dominae Sanctae Marthae, contacto etiã ab unaquaq
què illarum sacro capite Sanctae Virginis & Hospitis Christi post celebrationē Sanctae
Missae factam ante corpus sacrum dictae Virginis ab uno ex Sacerdotibus nostri Capituli
ad instantiam dicti Domini V. Generalis super oẽs tres Cruces duplices quas iussit fieri
quibus durante dicta Missa erat applicata dicta Crux duplex Dominae Sanctae Marthae
quae tres Cruces geminatae post benedictionem in tali casu requisitam fuerunt tamen con
signatae eidem Dño V. Generali & Crux dupla Dominae Sanctae Marthae reposita pro
pè reliquiarium eius sacri capitis Quod nos attestamur secundũ Deũ continere Verita
tem. Actum in nostra Ecclesia Collegiali Sanctae Marthae Tarasconeñ & in conspe
ctu sanctarum eius Reliquiarum die tertia Septembris Millesimo Sexcentesimo
Vigesimo sexto. Signatum. de Robin Decanus de Raoulx. Subdecanus Ba
len Thesaurarius, Philippus Cantor, L. Chalamond Succentor. L. de Raouls
Sacrista Durand Canonicus

Extractum ex Libro impresso superiorum Auctoritate Parisiis & in Archivio Archi
Hospitalis & Ordinis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe & cum eo collatũ & in omni
bus concordare repertum. salvo &c. In fidem manu propria subscripsi & publicavi
infra scriptus. Ego Fr. Dominicus Rosinus Archihospitalis & Ordinis praefati Secre
tarius & Archivista & publicus Apostolica authoritate notarius.

Donatio Commendae Castri de Atalaya et de Palomera Conventui Religiosarum S. Spus Civitatis Salamantinae a Ferdinando Rege 4.

Spaniarum ob Victoriam obtentam ex Mauris ~~[illegible]~~

Don Ferdinandus Dei gratia Rex Castellæ, legionis & Galitiæ & Provinciarum Portugaliæ Dominus Biscaiarum. Vobis filiis nostris admodum dilectis Don Sanctio Don Alphonso & Don Garsiæ & vobis infantibus filiabus nostris Domina Urraca & Domina Eliura & uobis equitibus Comitibus & Magnis Dominis, Magnis Magistris Commendatarijs ac Prælatis Ordinum & alijs quibuscunque personis quibus istæ præsentes ostensæ fuerint salutem & gratiam. Noveritis quod in prælio, per nos adversus Mauros commisso prope Divum Jacobum qui Compostella nuncupatur, nos claram habuimus Visionem. Ubi Deus nobis præcepit, quod terra, loca, & redditus primi equitis Commendarum Sancti Jacobi (inter eos qui eorum Vota fecerunt) ipso mortuo daretur Conventui & filiabus Sancti Spiritus Ordinis Religiosarum Sanctæ Annæ Civitatis Salamantinæ & illa quæ futura erat Abbatissa, nominaretur Commendataria & quod illa esset in perpetuum quia eius precibus & orationibus nos obtinuimus à Deo quod uis armorum neque superbia (quam Deus odio maxime habet) non noceret rebus nostris & quod si ego sibi pollicerer ipse me Victorem efficeret.
Id ipsum dictum fuit magno Magistro & Superiori dicti Ordinis (licet inopi) affecto servitio Dei, quod sibi nos promisimus ad acquirendum nobis honorem ac bonam reputationem. Propterea vobis Mandamus, quod neque nunc neque in futurum nullus audeat eligere Commendatarium vel ei dare Commendam Castri de Atalago cum suis terris & dependentijs & Castri de Palomera cum eius suburbiis Casalibus & Villis prout Commendatarii præcedentes quibus ista Commenda data fuit illis gaudere solebant. Nobis enim à Deo & ab Apostolo fuit iniunctum quod hæc Commenda daretur huiusmodi Sanctis Monialibus quia ante initium certaminis Aluarus Sanchez qui possidebat hanc Commendam sagitta cæsus obiit & Deus nobis tantam fecit gratiam. Volumus quod introitus & Commenda pertineat ad Monasterium & Conventum Sancti Spiritus Salamantinum & quod Abbatissa denominetur Commendataria. Verum cum in eius ordine ipsa Deo servit & eius orationes exaudit. Volumus & nobis placet, quod Commendataria non teneatur exire ex eius Ordine ad nostrum mandatum neque ad illud sui magni Magistri, nisi ipsa voluerit. Quod visitet eius Commendam si sibi bene uidebitur & ponat Affictuarios & Directores ad eius beneplacitum. Propterea illam eximimus ab omni convocatione tam belli quam Congregationum. Volumus quod ipsa Commenda sit libera ab omnibus Impositionibus & quod eius Decimæ sint Deo dicatæ quæ illam spectant & ad eius dominium. Et per hanc gratiæ Scripturam, ac Ordinationis Divinæ Volumus ita fieri & Mandamus Don Sanctio & Don Alphonso & Don Garsiæ & cuicunque ex meis filiabus quæ hæredes nostrorum Regnorum remanebunt quod observent Monialibus hanc nostram gratiæ Scripturam sub pœna nostræ Indignationis & maledictionis, & Dei, qui illud dedit nobis in mandatis, et quod eis cordi semper sit favoribus prosequi easdem sorores & Monasterium Sancti Spiritus & pro maiori certitudine hanc nostram Scripturam privilegij sigillo nostro munitam & corroboratam ac nostro nomine firmatam eis concessimus. Data & concessa die decima quinta mensis Novembris Anno Millesimo Trigesimo.

428

Discursus

Siue summarium super Differentia Equitum duorũ Ordinũ Regis & Equitum Hospitalariorum Ordinis Sancti Spiritus sub Regula Sancti Augustini

1 Primi istorum Equitum uocantur Equites duorũ ordinũ Regis propter duos ordines Regios quibus eorum militia & eorũ Crux est composita Posteriores uero denominantur Equites Hospitalarii Ordinis Sancti Spiritus sub Regula Sancti Augustini.

2 Illi sunt Laÿci & seculares & non faciunt Vota isti uero sunt Religiosi Regulares & faciunt quatuor Vota solemnia.

3 Primi possunt habere Vxores & filios legitimos postremi nequaquam.

4 Illi beneficia secularia vel regularia obtinere nequeunt. hi autem hæc & alia.

5 Priores nulla requisita licentia mutant residentiam & Prouinciam ad placitum Posteriores uero absq; licentia eorũ Magni Magistri id facere non possunt.

6 Illi creari debent à primo Rege Christiano filio primo genito Ecclesiæ: Isti ab uno simplici Nobili Ecclesiastico capite primi Ordinis Ecclesiæ & subdito naturali suæ Maiestatis Christianissimæ.

7 Primi possident in proprietate id omne quod acquirere possunt Postremi nihil in proprium possidere possunt

8 Decedentibus prioribus illorũ hereditas ab eorũ proximioribus uel hæredibus carpitur Obeuntibus autem ultimis eorum bona ac spolia Ordini acquiruntur.

9 Illi fuerunt instituti per quendam Regem Henricum Tertium Hi uero menses adeo plures ante Natiuitatem Henrici tertÿ quam uixit sint dies post eius obitũ

10 Crux aurea priorum componi debet octogenis angulis rotundis Crux uero aurea posteriorũ compositio in duodena acumina desinere debet nimirum octo rotundis & quatuor acutis productis ad formam radiorum.

11 Illa habet quatuor lilia inter quatuor angulos Ista loco quatuor liliorũ quatuor coruscat radÿs

12 Prima ornatur quatuor flammis Viridibus super quatuor angulis sui dextri lateris Secunda habet octo flammas rubeas eiusdem lateris ut et pote super quatuor angulis & quatuor radÿs super quatuor radÿs

13 Illa non habet cor unum ceruleum nec alterius coloris super eius latere dextro. Hæc autem quatuor habet corda cerulea super quatuor angulis eiusdem lateris

14 Sanctus Spiritus in forma columbæ representatus ad latus dexterũ Crucis Equitũ duorũ Ordinũ Regis iuxta eorũ Institutũ non debet alis tangere, neq; rostro, neq; Cauda neq; cordibus Ceruleis neq; alÿs coloribus Et Sanctus Spiritus in eadem forma representatus in aurea Cruce dictorũ equitũ Hospitalariorum tangere debet extremitate Caudæ, alarũ & rostri quatuor corda Cerulea supra dicta.

15 In parte prioris istarũ duarũ Crucum apparet Ordo Sancti Michaelis In parte posterioris harum duarũ Crucũ spectatur Annunciatio Sacratissimæ Virginis Mariæ & Sanctus Spiritus de Cœlo descenderet in forma columbæ radÿs circumfulgens

16 Ordo Sancti Michaelis qui est in parte Crucis aureæ equitũ duorũ ordinũ Regis iuxta eius Stabilimentũ minime ornari debet rubeo Ceruleo, albo & croceo colore Et Annunciatio Virginis Mariæ quæ est in altera parte Crucis aurei dictorũ Equitum Hospitalariorũ debet pro eorũ instituto colorari hisce quatuor coloribus

Eadem quatuor flammæ Virides quæ extant ad rectam lineam prioris harum dua-
rum Crucum reperiuntur in eius parte inversa. Et eadem octo flammæ rubeæ quæ
sunt in linea recta secundæ Crucis extant etiam in sua inversa parte
Prima non habet unum Cor in sua Sinistra parte, minusque in latere dextro & postrema
habet super quatuor angulis lateris Sinistri quatuor corda Cerulea prout in suo latere dextro.
Crux aurea Equitum duorum Ordinum Regis est suspensa Uni Lilio: Crux aurea Equitum
Hospitalariorum suspenditur Uni annulo parvulo.
Prima istarum Crucum appenditur Vittæ Ceruleæ secunda vero differenti fasciæ quam
Ceruleí coloris suspensa cernitur.
Illa non datur nisi à Rege vel à Commissarijs. Hæc autem nequaquam à Rege neque ab eius
Comissarijs.
Forma Crucis aureæ primarum inspicitur in earum Stabilimento facto ab Henrico Tertio.
Forma Crucis aureæ posteriorum reperitur in terminis expressè specificatis in Capi-
tulo Generali dictis Ordinis habito in Civitate Montis pessulani sub magno Magi-
stro, illius decima tertia Junij Anno Millesimo Trigesimo secundo Cuius Actus Ca-
pitularis originaliter adhuc extat in rerum natura.
Articulus præcisus eiusdem Capituli Generalis circa Crucem Equitum Hospitalariorum
supra dictorum iacet in his verbis.
Item quod prædicta Crux aurea duodecim habere debet cornua quorum octo in octo
angulis illius erunt rotunda & cætera quatuor tanquam quatuor radij solis acuta &
in unaquaque parte quatuor radiorum apparebit, Una flamma rubea & in Una
parte Crucis apparebit figura Spiritus sancti sub Columbæ specie summitate
alarum suarum, rostri, & Caudæ attingentis extremitates quatuor Cordium Ceruleico-
loris in dicta Cruce depictorum & ducetur linea alba in unaquaque parte Cru-
cis super omnia illius latera, exceptis radijs & in altera parte Crucis erit re-
præsentata Annuntiatio Beatæ Mariæ Virginis cum figura Spiritus sancti
descendentis de Cœlo sub Columbæ etiam specie circumamicti radijs & in-
erit dicta Annuntiatio colorata coloribus, albis, rubeis, Ceruleis, & croceis,
idest auri ipsius & in hac etiam parte Crucis erunt alia quatuor corda Ceru-
lei coloris similia supradictis.

Stante igitur Differentia duarum Crucum aurearum supra allegatarum &
tenore articulorum supradictorum, iudicari potest, an illi loquantur secundum
Veritatem, qui dicunt quod duæ Cruces aureæ harum duarum diversarum Mi-
litiarum sunt pares, & an earum milites sint differentes nomine & professione.

Bulla Innocentii Tertii Pontificis Maximi in Erectione Hospitalis S. Spiritus in Saxia Romæ Guidoni Magistro Frum Hospitalariorum primo concessa.

Innocentius III Italus ex Civitate Anagniæ in Provincia Campaniæ
Joannes Lotharius anteà dictus Trasimundi de Comitibus Signiæ filius Canonicus
Regularis Lateranensis & S. R. Ec. Diaconus Cardinalis, tituli SS. Sergii & Bacchi
die 8 Januarii 1198 Summus Pontifex Romæ pronuntiatus:

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Guidoni Magistro Hospitalium S. Mariæ in Saxia & S. Spiritus in monte Pessulano eiusque Fratribus, tam præsentibus quam futuris regularem Vitam professis in perpetuum.

Inter opera pietatis quæ secundum Apostoli promissionem habet Vitæ quæ nunc est pariter & futuræ Hospitalitatem nobis specialiter & frequenter Divina scriptura commendat ut pote quæ illa omnia comprehendat propter quæ Dominus in ultimæ discussionis examine remuneraturum se bonos & malos asserit puniturum. Hac enim pascit esurientes, sitientes potat, colligit hospites, nudos vestit, & non solum infirmos visitat sed eorum in se infirmitates assumens, infirmantium curam agit, in carcere positis subuenit, & quibus uiuis in infirmitate munierat participat in sepultura defunctis. Per hanc quidam Angelis receptis hospitio placuere cum Abraham & Loth fuit de incendio Sodomæ liberatus. Quo quoque discipuli qui Jesum hospitio cœgerunt, quem in expositione Scripturæ non nouerunt in panis fractione nouerunt. Per hanc superflua diuitiæ, quæ congregatæ forte seruarentur ad mortem, in necessitates pauperum erogantur ad Vitam. Per hanc terrena in Cœlestia & transitoria in æterna felici commercio commutantur, dum per manus pauperum thesaurizamus in Cœlis. Ubi nec tinea nec ærugo demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur, & facimus nobis de mammona iniquitatis amicos, qui cum defecerimus, in æterna tabernacula nos admittant.

§1 Hæc igitur attendentes non solum pro nostra sed Prædecessorum & Successorum & Fratrum nostrorum Episcoporum Presbyterorum atque Diaconorum R. E. Cardinalium tam Viuorum quam etiam defunctorum salute apud Sanctam Mariam in Saxia locum ubique salutis idoneum ad Hospitalitatis officium exercendum, eleemosynis Ecclesiæ Romanæ Venerabile construximus Hospitale in quo futuris temporibus dante Domino recipiantur & reficiantur pauperes, & infirmis exhibeantur alia opera pietatis.

§2. Statuentes ut Regularis Ordo qui secundum Deum & institutionem Fratrum Hospitalis S. Spiritus in eodem loco per nos institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus obseruetur.

§3. Hoc tamen adiecto Ut in eadem Ecclesia quatuor semper ad minus sint Clerici Regulares eiusdem Hospitalis professi, qui pro nobis & Prædecessoribus ac Successoribus & Fratribus nostris Viuis pariter & Defunctis specialiter orantes omnia spiritualia libere administrent, & super iis nullius nisi Romani Pontificis correctioni subiaceant. Ad quem quoties expedierit monitione præmissa charitatiua fiat à Fratribus proclamatio propter Deum, ut ipse cognita Veritate decernat quod suo prudenti consilio duxerit prouidendum.

§4. Ipsi autem Victu & Vestitu contenti quem eis secundum eandem regulam præcipimus liberi Diuinis Vacent officiis & intendant Ecclesiasticis sacramentis ita quod de aliis Hospitalis negotiis præter concessionem Magistri se nullatenus intromittant sed omnia dispositioni tuæ fili Magister & successorum tuorum vel eorum qui per te vel eos ad hoc fuerint deputati sine contradictione ac murmuratione relinquant.

§5. Cæterum quoniam in Hospitali S. Spiritus elisbus nostris per Dei gratiam Hospitalitas viget, illud isti, & istud illi de Consilio Fratrum nostrorum Vniuimus ut & istud illi tanto Vtilius quum minus impendat quanto Vicinius nobis existens defensionem nostram illi facilius poterit implorare. Illudque isti tanto commodius subueniat in Ministris quanto personæ conuersantes in illo ad Hospitalitatis sunt officium aptiores. Ita tamen ut per hanc Unionem prædicti S. Spiritus Hospitale iurisdictioni Magalonensis Ecclesiæ minime subtrahatur illa duntaxat constitutione seruata quam inter eandem Magalonensem Ecclesiam & prædictum S. Spiritus Hospitale decreuimus obseruandam.

§6. Statuimus insuper vt unus tantu Magister Hospitalibus preficiatur ambobus qui vtrumq; visitet annuatim & quae statuenda vel emendanda viderit statuat & emendet & transferendi Fr̃es vbicunq; fuerint prout melius viderit expedire liberam habeat facultatem. Qui si forsan apud Vrbem vel vbilibet citra montes viam fuerit vniversae carnis ingressus Fr̃es Hosp̃lis Sanctae Mariae in Saxia Fr̃ibus Hospitalis S. Sp̃us eius non differant eius obitum nunciare illiq; Romam duos vel tres de Fr̃ibus suis mittant, qui cum Fr̃ibus Hosp̃lis Sanctae Mariae in Saxia electionem celebrent Regularem. Quod si forsan apud montem Pessulanum obierit vel vbilibet vltra montes per Fr̃es Sancti Sp̃us Fr̃ibus Sanctae Mariae ipsius obitus nuncietur qui vt praediximus duos vel tres de Fr̃ibus suis ad montẽ Pessulanum transmittant ad electionem Regulariter celebrandam.

§7. Caeterum cum Ecclesia Sanctae Mariae in Saxia & Hosp̃le constructum ibidem ad nos nullo pertineant medio, salvo quod Clerici eiusdem Ecclesiae debent ex n̄ro Mandato Basilicae Principis Apostolorũ in scrutinio, Baptismo, & Letania, ne dispares conditionis homo praeferatur eidem, & servus, qui alij Domino stet, aut cadat praeponatur Hospitali praedicto quod nostrae tantum est iurisdictioni subiectum, personam tuam fili Magister & successorum tuorũ à quorumlibet Praelatorũ eximimus potestate, vt nullus in te vel eos interdicti vel excomunicationis sententiam sine Mandato Apostolicae Sedis audeat promulgare. Quam si aliter probata fuerit decernimus non tenere.

§8. Licet autem praedicta Hospitalia vniamus ne tamen huiusmodi vnio confusionem inducat cum etsi vnio Deo sit placita discretio tamen ei nihilominus sit accepta, Privilegio praesenti statuimus, vt Fratres qui colligendis Eleemosynis pro Pauperibus Hospitalis Sanctae Mariae in Saxia fuerint deputati tantum Italia & Sicilia & Anglia & Vngaria sint contenti. Fratres autem Hospitalis Sancti Sp̃us in monte Pessulano libere in Provinciis alijs Eleemosynarum statuant collectores, ita quod vtriq; suis terminis sint contenti, nec invadant alteri terminos aliorum. Nec eleemosynae quae pro Hospitali Sanctae Mariae in Saxia collectae fuerint ad Hospitale Sancti Spiritus transferantur, nec quae fuerint illi fidelium devotione collatae occasione quolibet deferantur ad istud.

§9. Si qui vero Fratrum vestrorum qui destinati fuerint ad Eleemosynas colligendas in quamlibet Civitatem Castelli vel vicum advenerint si forte locus ille à divinis fuerit officijs interdictus pro omnipotentis Dei reverentia in eorum adventu iocundo semel in anno pulsatis campanis aperiantur Ecclesiae, vt super Eleemosynis acquirendis verbum exhortationis ad populum in Ecclesia proponatur.

§10. Decernimus insuper vt Receptores Fraternitatis sive Collectarũ vestrarũ salvo iure Dnõrũ suorũ in B. Petri & n̄ra protectione consistant & pace in terris in quibus fuerint potiantur.

§11. Simili modo etiam sancimus vt quicunq; fuerint in vestra Fraternitate recepti si forsan Parochialis Ecclesia, cuius tempore Parochianus extiterit à divinis fuerit officijs interdicta, eumq; mori contigerit ipsi sepultura Ecclesiastica non negetur nisi excommunicatus vel nominatim fuerit interdictus.

§12. Decimas autem de terris, de vineis quas ad opus infirmorũ & pauperũ proprijs manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium seu de fructibus hortorũ vestrorũ nullus exigere vel extorquere audeat.

§13. Liceat autem vobis in domibus vestris, quas in praesentiarũ habetis vel in futurum exiis habituri ad opus vestrũ & familiae vestrae nec non infirmorũ & pauperũ ibidem manentiũ Oratorium & Cemeterium sine impedimento cuiuslibet contradictionis habere.

§14. Chrisma vero oleum Sanctũ Consecrationes Altarium seu Basilicarum, Ordinationes Clericorũ qui ad Ordines fuerint promovendi à Dioecesanis suscipietis Episcopis siquidem Catholici fuerint et communionẽ Sacrosanctae Sedis Romanae

habuerint & ea vobis sine pravitate aliqua voluerint exhibere. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis adire Antistitem gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentem qui nostra fretus authoritate vobis quod postulatur impendat.

§15. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat in Ecclesijs vris, clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce Divina officia celebrare.

§16. Liceat quoque vobis liberas & absolutas personas e seculo fugientes, ad Conversionem recipere & eas absque Contradictione aliqua retinere.

§17. Prohibemus insuper ut nulli Fratrum vrorum post factam in locis vestris professionem fas sit absque Magistri sui licentia inde discedere, nisi arctioris Religionis obtentu. Discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus penitus audeat retinere.

§18. Si qui vero fratrum vestrorum post factam professionem turbatores Religionis vel inutiles fuerint fortassis inventi, liceat tibi fili Magister & successoribus tuis eos cum assensu & consilio sanioris partis Capituli amovere, ipsisque dare licentiam ad aliud Ordinem, ubi secundum Deum vivere valeant, transeundi, & loco eorum alios subrogandi qui unius anni spatio in vestra societate probentur. Quo peracto si mores eorum exegerint & ipsi utiles fuerint ad servitium Hospitalis inventi professionem faciant regularem.

§19. Adhæc districtius inhibemus ne à te fili Magister vel successoribus tuis & Fratribus Hospitalium eorundem exigat ulla Ecclesiastica secularisve persona fidelitates homagia iuramenta vel securitates reliquas quæ à Laicis frequentantur.

§20. Postremo decimas quas consilio & assensu Episcoporum à Clericis vel Laicis potueritis obtinere, illasque quas consentientibus Diœcesanis Episcopis & Clericis ad quos pertinent acquiretis, authoritate Apostolica vobis confirmamus. Nulli ergo &c.

§21. De cætero successores nostros obsecramus & obtestamur in Christo JESU qui venturus est iudicare vivos & mortuos, ut loca vestra cum personis & rebus ad Hospitalitatis officium deputatis tanquam speciales Patroni specialiter foveant & defendant. Quoniam etsi cæteris piis locis teneantur ex Apostolico servitutis officio providere, huic tamen Hospitali quod de bonis Ecclesiæ Romanæ fundatum est & dotatum, & tam nostris, quam successorum nostrorum diebus credimus ampliandum curam debent impendere specialem. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c.

Dat. Laterani per manum Joannis. S.R.E. Subdiaconi & Notarij XIII Kalend. Julij Indictione VII Incarnationis Dominicæ Anno 1204. Pontificatus vero Dni Innocentij Papæ III Anno VII.

Obijt hic Pontifex in Civitate Perusii in Provincia Hetruriæ die 16 Julij Anno 1216 & sepultus fuit in Ecclesia Cathedrali S. Laurentii.

Innocentii Tertii Bulla per quam Fratres Ordinis S. Spiritus suscipit sub protectionem Sedis Aplicæ

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filijs Fratri Guidoni Fundatori Hospitalis Sancti Spiritus eiusdem fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium

Ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut uos à proposito reuocet aut robur quod
absit sacræ Religionis infringatur eapropter Dilecti in Dno filij Vestris iustis expo-
stulationibus clementer annuimus, & præfati Hospitale Sancti Spiritus apud Montem Pes-
sulanum, constitutu in quo Diuino estis obsequio mancipati sub Beati Petri & nostra pro
tectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus inprimis siquidem statuen
tes vt Fratres inibi Commorantes secundum rationabiles constitutiones uas perpetuo
Domino debeant famulari. Prætterea quascunque possessiones, quæcunque bona Hospitale idem
Hospitale in præsentiarum iuste & Canonice possidet vel in futurum concessione Ponti
ficum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Do
mino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibusdam
hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis Locum ipsum in quo præfati Hospitale situm
est cum pertinentijs suis, domos, Vineas, terras, hortos, & omnia quæ in territorio montis Pessu
lani & in locis circumadiacentibus possidetis, domum quam habetis in Massilia cum omnibus
suis pertinentijs. Domum quam habetis in Villa quæ dicitur Amilans cum omnibus perti
nentijs suis. Domum quam habetis in loco qui dicitur Clap de Mala Vitula cum omnibus
pertinentijs suis Domum quam habetis in Villa quæ dicitur Mestolis cu oibq pertinentijs suis
Domum quam habetis in Burgo Sancti Iuliani de budi cum omnibus pertinentijs suis Do
mum quam habetis in Villa quæ dicitur Braganjrac cum omnibus pertinentijs suis Domi
quam habetis in Argenteria de Tharcis Domum quam habetis in Ciuitate Cretens Cum
omnibus pertinentijs suis & Domum quam habetis in Vrbe Romæ iuxta Sanctam Mariam
Transtiberim cum domo quæ est in loco qui dicitur Sanctæ Agathæ, in introitu Vrbis Ro
mæ cum omnibus pertinentijs suis Statuentes Vt omnes domos quam in præsentiarum iuste
habetis vel in posterum rationabiliter poteritis adipisci prædicto Hospitali Sancti Spiritus
Montis Pessulani & Procuratores eorum, tibi Guido & successoribus tuis perpetuo subiacere
debeant & humiliter obedire & Correctionem tuã & successorum tuorum recipere & humiliter
obseruare Liceat insuper vobis in domibus Vestris sine præiudicio Vicinarum Ecclesiarum
cum consensu Dioecesani Episcopi construere cemeteria ad opus Fratrum Vestrorum & familiæ
& pauperum ibidem morientium & Oratoria fabricare in quibus ad præsentationem vestram
instituantur per Dioecesanum Episcopum Capellani & amoueantur & per eum cum deliquerint
taliter etiam corrigantur Liceat quoque vobis liberas & absolutas personas à seculo fugien
tes ad conuersionem recipere & eas absque contradictione aliqua retinere Prohibemus insuper Vt nulli
fratrum Vestrorum post factam in loco Vestro professionem fas sit absque promotoris sui licentia ex
eodem loco nisi arctioris religionis obtentu, discedere, discedentem uero absque communium literarum
cautione nullus audeat retinere Chrisma uero, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium seu Basilicarum
Ordinationes Clericorum qui ad sacros Ordines fuerint promouendi & alia Ecclesiastica Sacramen
ta per Dioecesanum Episcopum sine prauitate & exactione aliqua vobis præcipimus exhiberi
Obeunte uero te nunc eiusdem loci Magister vel tuorum quolibet successorum nullus qualibet
sub presumptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu
vel Fratrum pares consilij sanioris secundum Deum prouiderint eligendum Decernimus
ergo Vt nulli omnino hominum liceat præfati Hospitale temere perturbare aut eius possessio
nes auferre, vel ablatas retinere seu quibuslibet Vexationibus fatigare sed omnia illibata
et integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt
Vsibus omnimodis profutura salua sedis Apostolicæ authoritate & Dioecesani Episco
pi, Canonica iustitia, Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc
nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit secundo ter
tioue Commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisue

sui dignitate careat reamq; sibi Divino iudicio existere ex perpetrata iniquitate cognoscat & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Dni Redemptoris JESU Christi aliena fiat, atq; in extremo examine Divinae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Dni nri JESU Christi quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant Amen.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Petrus Portuensis et S. Rufinae Episcopus Ego Jordanus S. Pudentianae pbr Card. Ego Joannes Sti Clementis Card. Velitrensis & Tiburtinus Episcopus Ego Guido pbr Card. S. Mariae Trans tiberim Ego Hugo pbr Card. Ego Joannes S. Stephani in Caelio monte pbr Card. Ego Godfredus S. Praxedis pbr Card. Ego Bernardus S. Adriani Diaconus Card. Ego Gregorius S. Mariae in Porticu Diaconus Card. Ego Gregorius S. Georgii Diaconus Card. Ego Gregorius S. Angeli Diaconus Card. Ego Bobosius S. Theodori Diaconus Card. Ego Centius S. Luciae in Orthea Diaconus Card. Datum Laterani per manum Raynaldi Dni Papae Notarij Cancellarij Vicem agentis septimo Kalendas Decembris Indictione prima Incarnationis Dnicae Anno 1198 Pontificatus vero Dni Innocentij Papae III Anno primo.

Sermo Innocentii Tertii pro Dnica Omnis Terra in Ecclesia S. Spiritus in Saxia habitus.

Die tertia Nuptiae factae sunt in Cana Galileae & erat ibi mater Jesu; Vocatus est autem & JESUS & discipuli eius ad nuptias.

Quia Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam praetermissis carnalibus nuptijs de spiritualibus disseramus Ut per ea quae sunt carnaliter facta, ea quae sunt spiritualiter facienda monstremus. Celebrantur igitur istae nuptiae inter Spiritum hominis & gratiam Conditoris quando videlicet Divina gratia rationali spiritui coniungitur. Et ne tanquam steriles maledicantur a Deo filios & filias ex se gignunt, id est affectus & actiones sive desideria sancta & opera iusta. De Uxore simul & prole Psalm dicit ad Virum & patrem. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae Filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae. Has nuptias expertus fuerat qui dixit Gratia Dei id sum quod sum & gratia in me vacua non fuit sed gratia Dei semper in me manet. Inveniunt igitur inter Spiritum & gratiam tria bona Coniugii videlicet Fides, Proles & Sacramentum. Cum enim audis Gratia Dei sum id quod sum Intellige fidem quae spectat ad honestatem. Cum audis gratia eius in me vacua non fuit intellige prolem quae spectat ad foecunditatem Gratia eius in me manet intellige Sacramentum quod spectat ad infirmitatem.

Inter

Inter filios autem & filias tanquam inter fratres & sorores, illud nuptiale con
uiuium celebratur: quod moraliter inter fratres & filias B. Job singulis consueuerunt celebrari
Unde Nuptiae istae in Cana Galileae referuntur factae fuisse, quoniam ibi fuit Vir zelo charitatis
& amore salutis homo conuertitur & transmigrat ab errore ad charitatem & à vitiis ad virtutes
Cana quoque zelus & Galilea transmigratio interpretatur ex Hebraico in Latinum. Bene dicuntur
et nuptiae die tertia factae fuisse quia primus dies extitit ante legem, secundus sub lege tertius
post legem. Primus fuit cognitio virtutis, in lege naturae, Secundus in lege scripturae, Tertius in le-
ge gratiae. Lex autem per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum, facta est. Di-
e tertia Nuptiae factae sunt in Cana Galileae; et erat mater JESU ibi, inuitatus est autem ad nuptias
ipse & discipuli eius. In hoc loco moraliter dicitur sermo Diuinus ipse erat in principio apud Deum
et Deus erat Verbum Discipuli eius honesti mores intelliguntur quoniam sermo diuinus tanquam ma-
gister instruit & informat. Mater JESU intelligitur fides Catholica de qua sermo diuinus nascitur & proce-
dit. Hae sunt personae quae nuptiis ipsis interfuisse leguntur, scilicet sermo Diuinus tanquam magister, ho-
nesti mores tanquam discipuli, fides Catholica tanquam mater, sponsa quippe pro parte sua vocat
ad nuptias virtutes gratuitas. Sponsus naturales affectus. Non solum autem istae personae verumetiam
architriclinus interfuisse narratur Et in hoc conuiuio inuenitur triclinium, id est tres mensae, videlicet ani-
mae naturalis vis rationalis, vis irascibilis, vis concupiscibilis. Prima quae discernit inter bonum & ma-
lum Secunda quae respuit malum, Tertia quae appetit bonum, Ista namque sunt tria munera quae regi-
nalis Philosophi Christo moraliter obtulerunt, scilicet aurum, quod propter splendorem, rationabili-
tatem signat Thus quod propter honorem signat concupiscibilitatem Myrrham quae propter ama-
ritudinem, irascibilitatem figurat. In hoc ergo triclinio quasi architriclinus praesidet pars rationis
superior quae proprie synderesis appellatur Cum autem Vinum in hoc conuiuio defecisset mater
JESU dixit ad illum Vinum non habent, & ille respondit Quid mihi & tibi est mulier, nondum
venit hora mea. Vinum in hoc loco feruorem propter signat Charitatem de qua sponsa di-
cit in Canticis. Introduxit me in Cellam Vinariam & ordinauit in me Charitatem. Vinum illud abun-
dat in principio nuptiarum, quia Charitas initio conuersionis feruescit. Sed interdum deficit istud Vi-
num quia Charitas aliquando frigescit, quod nonnunquam contingit ex dispensatione Diuina Ut
vicissitudo uenientis & recedentis spiritus ostendatur, qui ubi uult spirat. & vocem eius audis
et nescis unde uenit aut quo vadit, siue quia septies in die cadit vir iustus & fortior resur-
git Unde permisit Dominus cadere Petrum, Ut fortior resurgeret, & negationem ternam confessio
purgaret. Deficiente Vino dicit mater JESU ad eum Vinum non habent Quia cum Charitas
refrigescit & fides suggerit & suadet ut sermo Diuinus instruendo et exhortando Charita-
tem accendat. Et dicit ei JESUS Quid tibi et mihi est mulier? nondum venit hora mea. Verbum
istud non ex indignatione, sed ex discretione procedit, acsi diceretur manifestius. Sustineri
debet ad tempus, Ut propter Causas praedictas Charitas remissa tepesceret, quatenus cum tem-
pus aduenit opportunum, fortius accenderetur Nam mala aurea in lectis aureis, Verbum prolatum
in tempore suo Dixit ergo mater JESU ministris. Quicquid dixerit vobis facite Quia fides iu-
bet Ut fiat quicquid iusserit sermo Diuinus. Erant autem ibi lapideae sex hydriae positae se-
cundum purificationem Judaeorum capientes singulae metretas binas. Vel ternas. Sex hydriae
sunt sex opera quae Dominus in iudicio commendabit Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui
et dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me Nudus eram & cooperuistis me. Infirmus
eram & visitastis me. In carcere eram & venistis ad me Dicuntur autem hydriae lapideae
non propter duritiam cum opera misericordiae non sint dura sed propter firmitatem Cum mi-
sericordia sit origine perpetua impugnabile sacramentum dicente scriptura quod ipsa
super scutum potentis & lanceam aduersus inimicum pugnabit Eccl. 29. et 1. Corinth. 3.
pertinet enim ad illos (de quibus dicit Apostolus lapides;) Aliud super aedificat argentum, aurum
& lapides pretiosos Unde bene sex hydriae, propter purificationem Judaeorum dicuntur

ibi fuisse positæ quia purificatio intelligitur satisfactio confitentium. Nam Judæi confitentes interpretantur, & ad confitentes per sex opera misericordiæ satisfaciendæ peccatis. Capiunt autem istæ sex hydriæ singulæ metretas binas vel ternas quoniam sex opera misericordiæ quædam duas & quædam tres distinctiones admittunt. Triplex est enim cibus aut potus, Materialis Sacramentalis & Doctrinalis. De materiali dicit Apostolus Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi bibere. De sacramentali Veritas ait Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. De doctrinali Sapiens protestatur Cibavit illum pane intellectus & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Itaque tribus modis pascere debemus esurientem eisdem tribus modis sitientem potare Videlicet alimento naturæ Sacramento Eucharistiæ Documento Scripturæ. Duplex est autem infirmitas scilicet Cordis & Corporis. Una quidem pœna altera culpa. De prima Dominus ait Infirmitas hæc non est ad mortem. De secunda dicit Apostolus Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. Infirmum ergo corpore visitamus cum eum corripimus in Spiritu lenitatis. Similiter duobus modis debemus incarceratum adire quia duplex est carcer unus Corporis & alter Cordis. De Carcere Corporis Evangelista testatur quod Herodes vinxit Joannem & posuit in Carcerem. De carcere cordis dicit Psalmista Educ de carcere animam meam. Similes distinctiones invenire poteritis in scripturis super hospitalitate ac nuditate. Hydriæ capiunt metretas binas vel ternas. Hydria vero impletur aqua cum misericordiam consumat. Ut cum datur esurienti cibus, sitienti potus, aut nudo vestitus. De Secundum effectum dicit Scriptura Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccata propter quod Dominus ait Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis. Hydria vero usque ad summum impletur cum opus misericordiæ ad perfectionem reducitur. Certe cum misericordia sine Charitate largitur, refrigerat quidem accipientem sed non satiat donantem. Et ideo tunc est aqua solummodo & non vinum quoniam ut inquit Apostolus Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum Charitatem autem non habeam nihil mihi prodest. Sed cum misericordia exhibetur ex Charitate tunc aqua fit vinum quia exhibitio misericordiæ fit operatio Charitatis & quæ prius frigida fuit tunc fit calida, quæ prius fuit tepida tunc fit sapida, quæ prius fuit pallida tunc fit fulgida. Sic moraliter aqua fit vinum. Corpus quod est in se naturaliter ... fit ex Charitate meritorium non tam mercedis æternæ quam retributionis æternæ. Ministri ergo qui Hydrias implent Liberalitas & Hilaritas quæ opera misericordiæ administrant. De quibus ait Apostolus Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristitia aut necessitate Hilarem enim datorem diligit Deus. Et iterum qui præest in sollicitudine qui miseretur in Charitate. Alius autem dixit Non differas bene facere quia spes quæ differtur affligit animam. Et iterum Cor inopis ne afflixeris & ne protrahas datum angustianti. Eis ergo dicit JESUS Implete hydrias aqua & cum implevissent eas addidit Haurite nunc & ferte Architriclino. Ut autem gustavit Architriclinus aquam vinum factum nesciebat unde esset. Ministri autem sciebant qui hauserant aquam. Vocat sponsum Architriclinus & dicit ei Omnis homo primo vinum bonum ponit &c. Tunc fit quod dictum est. Ministri iubentur haurire & ferre Architriclino ut rationabiliter fervorem Charitatis approbet & commendet.

Quia charitas rationalis minime perse comprehendit Inde sit charitas quam DEus in hominem ho
tus operatur quia charitas non est ex libero arbitrio sicut dixit naturalis Philosophus sed ex DEo
natum sicut fides Catholicus profitetur Et ob hoc architriclinus tanquam minus intelligens gratiæ
sacramenti inquit ad sponsum Omnis homo primo vinum bonum ponit In primo debet melius vinum
et ponere in fine quoniam qui perseueraverit usque ad finem hic saluus erit Quamvis hoc
specialiter possit referri ad hæreticos & hypocritas qui sanam doctrinam & bona opera exhi
bent à principio & cum homines inebriati fuerint id est per ipsos illecti, tunc id quod deterius
est vinus erroris & malitiæ fermentum apponunt. Animalis igitur homo sic facit Tu vero
qui spiritualis existis seruasti vinum bonum usque adhuc id est charitatis feruorem custodisti.
Quia debito charitatis quanto plus solvitur tanto magis debetur Hoc igitur initium signorum
quod fecit DEus in Cana Galileæ quoniam inter opera gratiæ primum obtinet locum conversio
peccatoris & tunc de aqua fit vinum quia de peccatore fit iustus, quasi de frigido calidus
de insipido sapiens, de pallido rubeus Sciendum quod in his nuptijs sponsus est Spiritus Sanctus
sponsa gratia JESUS sermo divinus & discipuli eius mores honesti, Mater JESU fides catho
lica, Architriclinus qui præsidet in triclinio rationalis quæ præminet inter virtutes ani
mi naturales, Cana Galileæ Conversio peccatoris & dies tertia, tempus gratiæ, Aqua miseri
cordia, vinum charitas Defecit enim vinum cum charitas refrigescit, sex hydriæ sunt sex
opera quæ Christus in iudicio commendabit, quæ dicuntur lapideæ non propter duritiam in
flexibilem sed propter inexpugnabilem firmitatem Capiunt ergo singulæ hydriæ metretas bi
nas vel ternas quoniam singula opera duas vel tres distinctiones admittunt. Ministri namque
sunt Liberalitas & hilaritas quæ opera misericordiæ administrant. Aqua fit vinum cum esse
ctus misericordiæ charitatis informatur affectu Architriclinus autem approbat vinum quando
ratio ignorat quantum ministri qui hauserunt quia per haustum gratiæ intelligunt veritatem Ani
malis autem id est Hæreticus vel hypocrita Primum bonum vinum ponit id est sacram do
ctrinam vel doctrinam exhibet vitam & cum inebriati fuerint homines ad facilandi illis
illecti, ratio id quod deterius est vinus erroris, vel malitiæ fermenti apponant Hoc est
igitur initium signorum quod facit JESUS. in Cana Galileæ quando iustificat impium convertit
iniquum & revocat peccatorem Et propterea credunt in eum discipuli eius Ad has nuptias
commendat hodiernam stationem apud sancti Spiritus salubriter instituimus in quo tanquam in Cana
Galilea in loco scilicet ubi zelus transmigrandi de vitijs est ad virtutes, positæ sunt sex hydriæ
id est instituta sunt sex opera misericordiæ quæ sunt pascere esurientem potare sitientem
colligere hospitem, vestire nudum, visitare infirmum, adire incarceratum Et est ibi mater JESU
quoniam ibi memoria gloriosissimæ matris Christi recoliter in cuius honore ipsa est Ecclesia
dedicata Invitatur autem & filius eius JESUS cum discipulis suis ad has nuptias salutares
quoniam effigies JESU Christi à ministris Ecclesiæ ad hunc locum hodie venerabiliter de
portatur ut eius gloria fidelibus populis qui conveniunt ad has nuptias pietatis & miseri cor
diæ celebrandas desiderabiliter administretur. Ne quis ergo famelicus ab his nuptijs revertatur
universi qui hac intentione convenerint, ut de cætero liberalius & hilarius se exhibuerint
salubriter celebrare de iniunctis pœnitentijs unus remittatur annus ad ampliorem obtinen
dam indulgentiam peccatorum ut sic aquam convertat in vinum sponsus Christus qui
est benedictus in sæcula sæculorum Amen

Bulla Sixti Quarti *Ad perpetuam rei memoriam.*

Etsi universis xenodochiis hospitalibus & piis aliis locis ubilibet constitutis, in quibus miseri-
cordiæ opera, & alia charitatis officia exercentur, paterna nos deceat pietate prospicere, & pro
ipsorũ statu prospero, utq; in huiusmodi meritoriis actibus continuo exercendis, persistere, proq; pau-
perũ & miserabiliũ personarũ susceptione, subsidio & hospitalitate servanda, eorũq; membra bona
& iura non modo à cunctis sinistris eventibus præservare illæsa, verũ potius adaugere debeamus, erga
nostrũ tamen in Saxia Almæ urbis Hospitale, quod nuper à fundamentis ereximus, instauravimus, &
sumptuoso opere amplificavimus, eo magis intendentes eiusq; indigentiis providere, ut qui in eo infan-
tes expositi, languentes & infirmi, alii quoq; pauperes & egeni benignè recipi mittere & charitativè tra-
ctari valeant, profecto nos convenit, quo nostris hospitale prædictũ pateat aspectibus, & universorũ ad il-
lud confluentiũ pauperũ, auxilium atq; refugium est, & præter Rom. pontificẽ, superiorẽ aliũ neminẽ re-
cognoscere. Cũ itaq; ~~fuit~~ sicut accepimus displicenter, nonnulli in ipsius Hosptlis fratres, etiã Præcepto-
§ 1 rias Hospitalia membra & loca pia ab ipso Hospitali in Saxia dependentia obtinentes, ambitione & cu-
piditate cæca inducti & suis terminis non contenti, temeritate propria se Generales, Præceptores dicti Or-
dinis, præcipue in partibus Ultramontanis nominare, ac in nonnullis Præceptoriis, Hospitalibus mẽbris, &
locis ab ipso Hospitali in Saxia dependentibus, eorũq; personis iurisdictionẽ ordinariã, sive per modũ sum-
missionis fundationis, unionis, annexionis, incorporationis, vel applicationis commendæ, vel Vicariatus per-
petui eis ut dicitur facturum, sive aliis exquisitis mediis potestatẽ & superioritatẽ habere, sibiq; indebitè
vendicare videantur.
§ 2 Pleriq; vero alij à quorũ oculis Dei timor abscessit, non attendentes fructus redditus & proventus dicti Ho-
spitalis in Saxia, necnon oblationes, Eleemosynas, atq; alia charitativa subsidia, quæ pro largitione fidelium
Christi ipsi Hospitali in Saxia legantur seu largiuntur aut relinquuntur, in usus & sustentaõnem expositorum
infirmorum, & pauperum prædictorum, ex cunctis partibus mundi ad illud confluentium convertantur, Prioratus
Præceptorias, membra hospitalia & loca ab ipso hospitali in Saxia occupare, invadere, tenere & detinere,
oblationes quoq; eleemosynas, & alia pauperũ subsidia etiam ipsius nostri Hospitalis nomine quæstuando & men-
dicando usurpare, & in suos usus convertere cũ suarum periculo animarum, & pauperũ eorundem detrimento
maximo non formidant.
Nos quorum interest Hosptlis expositorum infantium languentium & pauperũ prædictorũ indemnitatibus providere
§ 3 adversus ambitiosos præsumptores, occupatores, invasores, detentores, & usurpatores prædictos, illo volentes et
oportuno remedio per quod eorum compescatur temeritas, & aliàs de cætero perpetrandi similia, aditus præ-
cluduntur. Motu pprio non ad alicuius super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra deliberatione
& voluntate omnia & singula alia Hospitalia Præceptorias membra & pia loca dicti Ordinis & sub vocabulo
S. Spũs intitulata ab ipso nr̃o Hospitali in Saxia dependere, nulliq; alii monasterio, Præceptoriæ, Hospitali, sive
alii pio loco præterquã dicto Hospitali in Saxia, etiamsi longæva consuetudo, aut submissio aliqua repugnaret
pleno iure subesse autoritate Apostolica tenore pñtium, & certa nr̃a scientia, decernimus pariter & declaramus.
Statuentes ac etiam decernentes quod ipsius Ordinis Hospitalia, Præceptoriæ, membra & loca, nulli
§ 4 cuiuscunq; dignitatis status, gradus vel conditionis fuerit, præterquam ipsius nr̃i Hosptlis fratribus, & Ordini
ipsiq; expressè professis, eis tamen pro solo nutu dicti Præceptoris existentis, & pro tẽpore ad claustrum quoties
expedierit revocandis, in titulum vel Commendã conferri valeant, sive possint.
§ 5 Nullusq; ipsiq nr̃i Hosptlis Frater, etiam administratiõnẽ vel officium seu beneficium obtinens, se Generalem
Præceptorem, citra vel ultra montes nominare, neq; aliquã iurisdictionem aut superioritatem in Præceptores
Hospitalarios, Priores seu Administratores alios dicti Ordinis, seu ipsorum loca & bona vendicare quoquo
modo præsumat, quinimo omnes & singuli dicti Ordinis Præceptores Hospitalarij & Religiosi, quos eidẽ Præceptori

nostri Hospitalis in Saxia pleno iure subesse volumus, & tanquã suo Superiori obedientiam, & reuerentiam congruam exhibere, ac salua huius Sedis auctoritate in omnibus sicuti unico eorum Praeceptori obtemperare teneantur & debeant.

Alioquin si in praemissis, vel eorum aliquo reddiderint se rebelles, aut aliquid in contrarium temerè attentare praesumpserint, & moniti non resipuerint vt tenentur sententiam Excõis incurrant, atq; suis Praeceptoriis & beneficiis quae obtinuerint priuati existant.

Quas quidem Censuras & poenas omnes & singuli qui oblationes & alia pia subsidia ipsi Hospitali nr̃o in Saxia siue expositis languentibus & egenis in eo, pro tp̃re degentibus quaestuando siue alias quouis modo absq; ipsius Generalis Praeceptoris expressa licentia petere, exigere, vsurpare, aut in eis cõmittere fraudem praesumpserint, incurrere volumus ipso facto.

Possitq; Praeceptor constituto sibi de praemissis per eos taliter perpetratis absq; monitione alia, ipsos & eorum singulos delinquentes Censuras, & poenas praedictas incurrisse declarare, & ipsorum beneficia tanquam vacantia personis idoneis praesentium autoritate conferre.

Vt autem oblationes, eleemosynae & subuentiones praedictae, ac omnia & singula ipsi nr̃o Hospitali per fideles ipsos legata, aut donationes causa mortis, vel inter viuos donata, vel quouis modo relicta, & quae pro tp̃re donabuntur & relinquentur, ad commodum & profectũ Hosptis & pauperũ fideliter & absq; diminutione perueniant, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis & aliis locorũ Ordinariis eorũ Vicariis & Officialibus in virtute S. Obedientiae harum serie committimus & mandamus quatenus pro conseruatione oblationum, eleemosynarum, subsidiorum, legatorum relictorum & donatorum bonorum ad ipsũ Hospitale nostrum spectantium, tam in suis ciuitatibus quam suarum Dioecesibus locis insignibus, duos idoneos viros vitae laudabilis, & conuersationis honestae fidei, & facultatibus praeditos, ad colligendũ & conseruandum singulis annis, nomine Hospitalis nr̃i eiusdem oblationes, & bona praedicta ordinare & deputare procurent, qui ea neq; quaestoribus vel aliis quibuslibet personis nunciis Generalis Praeceptoris eiusdẽ patentibus literis ipsius munitis sigillo tradere & assignare teneantur. Qui quidẽ collectores etiã singulis annis de receptis & administratis per eos coram ordinariis Vicariis vel officialibus atq; nunciis supradictis teneantur reddere rationem, quã sub sigillo Ordinariorum seu Officialium praedictorum signatam iidem nuncii Praeceptori Generali praedicto quantocius destinare teneantur.

Non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, indultis & literis Apostolicis generalibus vel specialibus quibusuis personis cuiuscunq; dignitatis etiam Pontificalis status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per nos vel Sedẽ Apostolicam sub quacunq; forma vel expressione verborum, & cum quibusuis efficacissimis, vrgentissimis & derogatoriis clausulis irritantibusq; decretis, etiam motu & scientia & authoritate similibus hactenus forsan concessis, constitutionibus quoq; ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus Ecclesiarũ & Monasteriorum, vel aliorũ locorum, quibus concessae sunt etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quibus eorum tenores pro expressis habentes, quoad praemissa derogari volumus, & derogamus expressè, ipsis aliàs in suo robore duraturis. Nulli ergo &c. Dat. Romae apud S. Petrũ. Anno Incarnationis Dñicae 1476 decimo Calendas Februarij. Pontificatus nr̃i anno VI

Bulla Innocentii Tertii de Effigie Vultus Saluatoris quam olim Canonici S. Petri deferre tenebantur processionaliter in Ecclesiam S. Spiritus in Saxia prima Dominica post Epiphaniam

Innocentius IIIus. Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Rectori & Patribus Hospitalis S. Spũs in Saxia salutem & Apostolicam benedictionem. Ad commemorandas nuptias Saluatoris, quae in conuersione peccatoris moraliter celebrantur, inter Spiritũ hõis & gratiam conditoris, ex quibus affectus & actiones tanquã filii & filiae generantur, Dominica proxima post Octauã Epiphaniae, quando illud legitur Euangelium, quod IESVS cum discipulis suis in Cana Galileae, ubi mater ipsius erat, inuitatus ad nuptias aquam conuertit in vinum, solenniter apud Hospitale nostrum instituimus

stationem, in quo vos ex institutione nrã, Diuino estis obsequio mancipati. Et potissimũ ratione, quod in illis nuptiis sex hydriæ secundũ purificationem Judæorum fuisse narratum, & quod in hoc Hospitali tanquã in Cana Galileæ loco, videlicet, vbi zelus est transmigrandi de vitiis ad virtutes, positæ sunt sex hydriæ, id est, sex opera misericordiæ instituta: quæ sunt, pascere esurientem, potare sitientem, hospitalẽ colligere, vestire nudum, visitare infirmũ & incarceratũ &c. Ad purificationẽ vtiq̧ Judæorum, vt per illas, videlicet confitentes, à vitiis expiantur. Istæ vero sex hydriæ vsq̧ ad summũ implentur, quando sex illa opera misericordiæ, ad perfectũ vsq̧ geruntur. Et ex aqua factũ vinũ, cũ ex merito Eleemosinæ, vis accenditur charitatis. Quia vero JESVS cũ discipulis suis, ad has nuptias in Cana Galileæ, vbi mater eius erat, legitur inuitatus, idcirco rationabiliter instituimus, vt effigies JESV Christi à B. Petri Basilica, per eiusdẽ Canonicos, ad dictũ Hospitale, vbi memoria gloriosissimæ matris MARIÆ recolitur, infra capsam, ex auro & argento, & lapidibus pretiosis, ad hoc specialiter fabrefactam, venerabiliter deportetur fidelibus populis, qui ad has nuptias celebrandas deuotè obuenerint, desiderabiliter ostendenda. Vt autem nos, qui Domino reuelante venerandũ aliis aperuimus sacramentum, eo etiã inspirante & concedente, imitandũ aliis præbeamus exẽplum, concedimus, statuimus, & iubemus, vt pro mille pauperibus extrinsecus aduentantibq, & trecentis personis intus degentibus, decem & septem libras vsualis monetæ, vt singuli accipiant tres denarios, vnum pro pane, alterũ p̄ vino, aliũq̧ p̄ carne, ab Eleemosinis Sumoni Pontificis, annuatim vobis in perpetuũ tribuantur. Et Canonicis supdictis, qui præscriptã Effigiem Saluatoris processionaliter deportabunt, singulis duodecim nummos & cereum vnius libræ, qui defertur accensus, de oblationibus confessionis B. Petri præstentur. Quia vero non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, debet huic stationi Rom. Pontifex cũ suis Cardinalibus interesse, vt & Missarum solemnia ibi celebret, & exhortatoriũ faciat de hac celebritate sermonem. Neue fidelis populus, famelicus ab his nuptiis reuertatur, præter materialẽ & doctrinalẽ, spiritualẽ quoq̧ sibi cibũ impendat, remissionẽ vnius anni, de iniunctis sibi pœnitentiis iniungendo. Monemus igitur & obsecramus successores nrõs, per JESVM Chrũm, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, vt hanc institutionẽ, quæ ipso teste, de ~~ipso~~ pietatis fonte perrexit, faciant inuiolabiliter obseruari, sub obtestatione Diuini iudicij p̄hibentes, vt nulli omnino hominũ liceat, hanc paginam nrẽ concessionis, institutionis, & iussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationẽ Omnipotentis Dei, & beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ eiq se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud S. Petrũ 3tiõ Nonas Januarij Anno Dñi 1206 Pontificatus nostri anno decimo.

V

Actum in Conventu Generali Ordinis S. Spiritus de Saxia Cracoviae ad Ecclesiam S. Crucis Die undecima Mensis Martij Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Quadragesimo.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Michael de Granow Wodzicki Decanus, Vicarius in Spiritualibus ac Officialis Generalis Cracoviensis Abbas Commendatarius Wąchocensis, ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Antonio Maria Pallavicino, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopo Naupactino, ussi Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Praeceptore et totius Ordinis Sancti Spiritus Generali Magistro, specialibus Literis Commissionis de Datum Romae Die Undecima Septembris Anno Millesimo Septingentesimo Trigesimo Nono Visitator Generalis et Commissarius Deputatus, praevio pulsu Campanae Majoris descendendo in persona ad Conventum Cracoviensem, post invocatum Divinum auxilium et Celebratam Missam per Adm Rdum Damascenum Rzewież Ejusdem Conventus et Totius Provinciae Praesidentem Cantatam de Spiritu Sancto in termino ex Literis Innotescentialibus primo Sub Die 20 Novembris Anno 1739no secundo per modum Prorogationis ad excusationes quorundam Patrum in Literis Missivis expressas, partim ex Causa Infirmitatis partim defectus Commodorum, Sive etiam impossibilitatis Sub Die 29 Decembris ejusdem Anni emanatis pro die hodierna incidenti in loco Capitulari per Patres Congregatos Salutatus, et per dictum Adm Rdum P. Damascenum

oratorio Sermone susceptus ante omnia ad hortationem ad congregatos Adm Rdos Patres tanquam Canonicos attudendo ad vitam illorum Canonicam habuit tandem inatsentia Adm Rdi P. Josephi Prokopowicz Ejusdem Ordinis Provincialis, qui pluries avisatus per Literas quasdam Comparitionem Suam appromiserat, nontamen ad actum hodiernum comparuerat, Literas authenticas Deputationis Suæ per me infrascriptum Secretarium Sacri Apostolici remonstrare, et legere demandavit, quibus lectis et per totam Communitatem reverenter auscultatis, Jurisdictionem Suam Visitorialem et Præsidentialem de Consensu Omnium Comparentium Adm Rdorum P.P. Damasceni Koszewicz Præsidentis Provinciæ, Melchioris Pilocki Magistri Novitiorum dicti Conven. Crac. Floriani Szczygielski Confessarij, Philippi Juraszewski Concionatoris et Sacristiani Thadæi Matuszkiewicz Francisci Węglarski Thomæ Tytz Angeli Marcinkiewicz Procuratoris ejusdem Conventus Crac. Fratrum Stanislai Wolski Michaelis Zulinski Liborij Brzeziński Alexandri Rychlicki Benedicti Warchałowski Martini Mayskiewicz Gasparis Bartoszowski Adami Sołtyszkiewicz et Dominici Osuchowski fundavit pro Secretario Actus Visitationis me Albertum Geypler V.J. Doctorem Kielcensem et SS. OO. Cracoviensem Decanum Consistorij Generalis Crac. Actuarium assumpsit et deputavit.

Fran: Domin:

Qua quidem Jurisdictione fundata quoniam ex Actis Capitularibus hujus Conventus patuit Adm Rdum Josephum Prokopowicz Provincialem istius Pro

vinciæ

#

Die 5ta Octobris anno Præterito 1759no officio et Dignitati Provincialatus in præsentia Patrum ad pulsum campanæ Congregatorum resignavisse, actum resignationis prævijs valedictorijs libere subscripsisse in absentia Diffinitorum in manus Congregationis eandem dignitatem reposuisse claves archivij et Sigilla consignavisse residentiam sibi in Domo Caßsiensi elegisse et eadem die ex Conventu Cracoviensi discessisse, subsequenter vero Die 25 Octobris Congregationem Conventus hujus providendo regimini Totius Provinciæ Definitorem Ordinis sui et Provinciæ convocasse et Capitulariter præsentem Adm Rdum P. Damascenum Koszewicz Vice Præpositum hujus Conventus in Præsidentem Suæ Provinciæ elegisse. Proinde Idem Illustrissimus Dnus Visitator Generalis eundem Adm Rdum Koszewicz ad tenendum et exercendum sub tempus actus Visitationis præsentis regimen in locum sui destinavit et deputavit. Cui durante hac Generali Visitatione curam Spiritualem et Oeconomicam hujus Conventus et Provinciæ commisit, omnibusq Patribus et Fratribus ut illum venerentur eidemq in omnibus obediant injunxit et demandavit ipsiq in Choro et Refectorio locum primum assignavit. Præterea pro meliori Ordine et Custodia portæ Janitorem Religiosum Fratrem Brzezinski Liborium constituit prohibendo ne aliquis in Urbem solus exeat nec sine licentia electi Præpositi ac Socio per ipsum assignando conscioq semper Janitore de egressu et reditu.

Propositum tandem punctum de Persona Adm Rndi

P. Hyacinthi Pesklewicz Praepositi Sandomiriensis hujus Ordinis Sancti Spiritus ex ratione: quod ipse actum Visitationis modernae pluribus modis disturbare conatus fuerit, Revisores ab hac Communitate Seu Admodo Praesidente ut supra dictum est per Communitatem electo per Instrumentum authenticum deputatos, nontantum non susceperit sed eosdem pessime ignominiosissime tractavit. Instrumentum deputationis ipsorum ad rogum destinare praesumpserit eosdem clausis primo portis Domus Sandomiriensis incarcerare voluit nisi sibi fuga per quadam Sapimenta illius Domus consuluerint et ad Patres Ords S. Francisci Reformatos aufugerent ipse tamen illos etiam ibidem apud Patres Reformatos cum asseclis Saecularibus, Villanis persecutus est. extraditionem illorum a PP. Reformatis tentavit. Super eo PP. Reformatos meliora consilia sibi Subministrantes molestavit, Domum illam Sandomiriensem Ecclesiam ac Hospitale desolavit, defectum subsidij pro alimentatione Fratrum ibidem manentium divenditis omnibus frumentis relictis vero multis debitis illius loci causavit, Crucem Ords Sui portare detrectavit peculium per se collectum et conquisitum evexit: conducti et captivati ac in Carceribus hujus Conventus ob timorem fugae, ne alienatas res et peculium collectum dissiparet, de Consensu totius Communitatis detenti. Quod punctum Illustrissimus Dnus Visitator resolvendo, ipsi personaliter comparere mandavit, et postquam comparuerit cum ipso benignius procedendo, illi honestiorem detentionem in Camera indulsit portionem Religiosam parem cum alijs permisit provisa Custodia et Securitate.

His factis Illustrissimus Dnus Visitator Serio recommendavit toti Venerabili Capitulo Silentium cum externis

personis

maxime in iis quae tangere possent rixas querelas poeniten
tentias, exprobrationes, aliaq agenda in Capitulo Seu
Sub tempus istius actus Visitationis, adaequate servandae
idq Sub poena privationis vocis activae et passivae. Jndê
obligationem, et fidem in denuntiationibus eorum, quae
indigent emendatione, Correctione, reformatione, vel
alio remedio, ac deniq Sessionem praesentem ad diem
Lunae proximam, quae erit 14ta Ejusdem Mensis Martij
horam primam postmeridianam limitavit.

Sessio 2da.

Ao 1740 Die Lunae 14 Martij. Illustrissimus Dnus
Visitator Supranominatus, condescendendo pro termino
hodierno Continuandae Visitationis ingressus est
Ecclesiam Parochialem et Conventualem titulo S. Cru-
cis, ibiq visitavit Sanctissimum in Ciborio majori o Al-
taris reconditum tum et Baptisterium ac olea Sacra,
et ad Cameram Capitularem advenit. Quem Adm.
Rdus Joseph Prokopowicz propter incommoda viarum
tardius id est Feria 6ta post finitam jam primam
sessionem aliquot horis proxime adveniens, factis ex-
cusationibus, verbis disertis et praeconceptis Salutavit.

Propositum tandem fuit punctum Religiosi Fris Apolli
naris Krolikowski incarcerati. Cui Rdmus Dnus Visi
tator Comparere mandavit, et recepta ab ipso relatione
in Scripto connotata, eundem rursus ad aliam dispositionem
tionem censuit incarcerandum, et charitati Communi
tatis recommendavit. Ex post ad lecturam Constitu
tionis fel: record Clementis VIII de Reform: Regul:
processit. Praeterea juxta Consvetudinem Capitulo
rum Generalium. Instigatorem Communitatis Consti
tuit Rdum P. Angelum Martinkiewicz ipsiq commisit
ut pro crastina Sessione puncta tam Contra Adm
Rdum Superio.

rem Praeteritum, quam etiam contra alios quoscunq Religiosos Patres et Fratres, quae habere potest vel alij Patres habebunt, et referent conscripta habeat. Et interim sessionem limitavit ad diem crastinam horam Octavam Matutinam.

Sessio 3tia

A°. D. 1748 Die Martis 13 Martij. Illustrissimus Dnus Visitator Supranominatus ante omnia intravit in Ecclesiam Hospitalis ibiq visitavit Sanctissimum in Ciborio altaris majoris repositum, ad Commodum et Necessitatem Hospitalis tum et olea Sacra Infirmorum. Et veniens ad Stubam Capitularem demandavit omnibus Patribus Capitulariter Congregatis facere resignationes juxta Regulam S. Ords idq in scripto Sub poenis in Constitut illorum, et Iure descriptis pro futura Sessione faciendas et ad manus Suas consignandas.

Tandem condescendit ad Calculationem cum Adm Rdo Prokopowiez praeterito Provinciali. Et quoniam dixit se non habere Regestra nisi aliqua Perceptorum et quidem in Domo Casissiensi relicta, jam vero Regestra Expensorum fassus est se non habere. Igitur urgente Communitate pro pacificatione variorum debitorum Sub tempus sui Officij Provincialatus Contractorum, Illustrissimus Dnus Visitator demandavit. Quatenus dictus Adm Rdus Prokopowiez explicet se pro interim quo ad debita Contracta; et interim Convocatis Patribus, et exploratis Sensu illorum eundem detinendum esse in Camera modo honestiori pro Securitate Communitatis, usq ad plenam justificationem debitorum contractorum demandavit. Ad quam Iustificationem et explicationem cum ipso faciendam deputavit ex Communitate Adm Rdum Praepositum tum Rdum Florianum

ad Rdum Angelum. Inhac Sessione puncta contra Adm Rdum Josephum Prokopowicz conscripta fuerunt et ipsi perlecta. Ad quae examinatus respondet ut in alio folio examinis. Et actum limitavit ad diem crastinam pro hora secunda post meridiem.

Sessio 4ta.

Aº D. 1740. Mercurij 16 Martij. Illustrissimus Dnus Visitator processit ad examen Fris Alexandri et Fris Benedicti et continuavit per diem 14mam hoc examen ut in alio folio. Item processit ad examen P. Hyacinthi Pisklewicz quo expedito Instigator Deputatus produxit Epistolas Tres Pris Stephani Pisklewicz Sui Fris 1739. anno Scriptas ad probandum Confidentias cum quadam Gnosa Dziulanka in Monasterio monialium pro illo tempore Commorante.

Tandem Illustrissimus Dnus Visitator processit ad examen Rdi Francisci Węglarski et aliorum Patrum. Ad extremum limitavit Sessionem ad diem crastinam 18vam Martij horam 2dam postmeridianam

Sessio 5ta seu 6ta.

Inhac Sessione Die 18 Martij A. 1740. Factum est Scrutinium Religiosorum. Quo expedito Illustrissimus Dnus Visitator decrevit, quatenus Fres Alexander et Benedictus qui administrabant bona faciant Suas Calculationes Coram ijsdem qui deputati fuerant ad Personam adm Rdi Prokopowicz et in particulari Fr Benedictus informet de relictis post fata adm Rdi Wijckiewicz Provincialis, quo in negotio Communitas per prius juramentum ipsi assignaverat. Pariter eodem Decreto demandavit ut Pr Hyacinthus

reddat Calculum Prepositurae Sandomiriensis Coram ijsdem deputatis. Similiter quoq Fr Angelus quatenus ex nova Sua administratione et Provisoratu Coram ijsdem faciat Calculum et Vice Tertij Calculatoris deputavit Rdum Melchiorem Kilski Et tandem Limitavit Sessionem ad diem 22 Martij horam Octavam matutinam.

Sessio Itna.

A 1740. 22 Martij In hac Sessione Congregati Patres dederunt rationem non expeditae Calculationis cum Fratribus Alexandro et Benedicto ex quo se excusaverint, quia Regestra Adm Rdo Provinciali Prokopowicz extradiderunt et penes Se ea non habent proinde Illustrissimus Dnus Visitator Suspendit Calculationem ad Comportationem eorundem Regestrorum per Adm Rdum Prokopowicz faciendam quae se dixit habere Calissij. Similiter et juramentum Fris Benedicti distulit ad Comparitionem illius personalem ex Villa Wrgnin.

Quo ad Calculationem Pris Hyacinthi ex Propositura Sandomiriensi quoniam defectuosa Regestra produxit et ex saepe tulari Grali ex primo Triennio non fuerunt Subscripta et allegabant Patres ejusdem Communitatis quod debeant esse Kaptularia Sandomiriae et alia Regestra Administratoris laici ejusdem Laici praesentia sit, necessaria pro Calculo faciendo et informatione quo ad hyemalem Conseminationem Anni 1739ni ideo Calculationem ad Comparitionem Kaptularium et Conductionem Administratoris laici Suspendit.

Quo ad Calculationem Rdi Patris Angeli ex Suo ultimo Provisoratu quoniam patuit ex Subscriptionibus Prum Deputatorum perceptam ascendere ad fl. 4069 grossis 5. a Die 6. Augusti Praeteriti Anni ad diem 15 Martij Currentis, expensam vero ad fl. 8140 gross: 21.

consequenter Superari Perceptam fl. 1071 Gros. 16 nihilomi-
nus quia Fr Angelus pro bonificanda Sua Superata Seu ex-
pensa de proprio peculio erogata, produxit remanentias
in frumentis necdum divenditis et aliquibus non tritura-
tis ideo Illustrissimus Dnus Visitator eandem Calcula-
tionem de Consensu omnium Patrum acceptavit et appro-
bavit ac Subscripsit et ipsum de bene perceptis et ex-
pensis hoc Decreto praesenti quietatum declaravit. Et
quoniam amore Communitatis et boni publici idem Fr.
Angelus Supererogata ex Suo peculio instantanee
non urget quamvis nihil Sub tempus Suscepti Proviso-
ratus tam in horreis quam in dispensatorio vel in Cela-
rio ad Commodum Domus et Sustentationem Fratrum
invenerit praeter Tres metretas frumenti prepara-
ti ad braxatorium proinde bonificationem Superatae
alteri tempori juxta Commodum et amorem illius reser-
vavit.

In hac Sessione Illustrissimus Dnus Visitator Conside-
rans Summam Necessitatem post resignationem Adm
Rdi Prokopowicz Provincialatus ut in pluribus disordi-
nibus hactenus durantibus alius Provincialis et Officia-
les eligantur, ad eandem Electionem procedendum
esse duxit uti quidem cum assensu omnium Patrum pro-
cessit. Quem actum praeveniendo Adm Rdum Melchio-
rem Cilski voce activa et passiva privatum ac alios ha-
bita ratione pauci Numeri votantium dispensavit et
a Censuris Excommunicationis maxime Canonis propter
mutua inter se jurgia et persecutiones incursi Authori-
tate Sibi Delegata generaliter absolvit. Et quoniam alle-
gata fuit Controversia quod ij quibus quinquennium post
professionem non assistit debeant carere voce activa

Super quo

nullam Constitutionem Patres produxerunt sed nonnisi consvetudinem aliquam jam ante in parte non observatam, allegarunt ideo attenta pariter paucitate Religiosorum Rndos Professos Scilicet Rndum Franciscum qui incepit annum quintum post Professionem Rdum Thomam qui quartu incepit Rdum Angelum qui Tertium de Consensu Totius Communitatis Idem Illustrissimus Dnus Visitator ad danda Vota admisit. Tandem Servando morem in Constitutionibus Ordinis descriptum Scrutatores duos Rndos Franciscum Węglarski et Angelum per Patres ad hunc effectum propositos destinavit. Secretarium me ipsum Albertum Beypler V. I. D. Decanum Kielcen et SS. OO. Crac. Consistorij Gralis Crac. Actuarium confirmavit. Et quoniam per Schedulas Decem Patrum Omnium votantium prater unum votum reliquis unanimibus Votis electus fuit in Provincialem et Præpositum hujus Domus Adm Rdus P. Damascenus Roszewicz et pro Canonice facta electione omnes Pres hunc actum habuerunt et habere voluerunt. Proinde Supra Nominatus Illustrissimus Dnus Visitator Delegatus eundem Patrem Damascenum pro Provinciali rite et legitime electo declaravit confirmavit ipsiq Obedientiam omnem et reverentiam præstandam esse injunxit habita vero ratione Necessitatis, hujusmodi Electionis ad bonum Ordinem Totius Provinciæ tendentis gubernium Provincialatus in hac Generali Visitatione ipsi collatum nec non alias Officia infra Nominata usq ad Tres Annos et Menses quasi Tres Seu alias ad Novam aliam Ordinariam Electionem durare debere determinavit

Qua absoluta Electione condescendit ad Electionem Desinitorum juxta eundem modum Constitutionum. Quoniam igitur pluribus Votis in Desinitorem primum est Electus Pr Andreas

Visitatio Conventus Sand. Canonicorum Regularium S. Spus de Saxia
per Perillustrem et Rndissimum Dnum Stephanum Pistlewicz Canonico
rum Regularium Ord. S. Spus per Regnum Poloniae Provincialem ac Ge
neralem Praepositum. Subacta Feria 2da post Dnicam quam Pen
tecosten Die qua Julij 1742da. expedita

Qui quidem Perillustris Provincialis ad Valvas Ecclesiae praedicti Conven
tus adveniens, cum Solita Ceremonia, ac pulsu Campanae Magnae ad
Ecclesiam per Conventus ejusdem Praepositum et Communitatem est intro
ductus factaque praeparatione ad Missam Votivam de S. Spiritu, cam Solenniter
ante Majus Altare celebravit, post Cujus Communionem Ciborium in
quo Conservatur Sanctissimum pro commoditate pauperum Hospitalis ac
extraneorum visitavit ubi reperit Hostias 10. a die 1ma Mensis praesentis
Consecratas, Serraturam vero quoniam adinvenit non Secure applicatam Ciborio,
injungit, ut observatio ejus melior videatur, tandem processit ad Continuati
onem Missae, qua finita, et Benedictione, tamquoque aspersione praesentibus
in Choro AA.RR. Patribus impertita ad Sacristiam rediit, ad visitationemque Olei
infirmorum accessit, quod recens anni praesentis in loco honesto adinvenit, Re
visionem Altarium omnium fecit, in quibus omnia decenter comparata
vidit, perveniens autem ad Altare sub titulo S. Augustini erectum, Mensam
ejusdem in parte fractam videns, reparari mandavit. Absoluta visitatione
Ecclesiae, ad residentiam Praeposituralem condescendit, ibique gratuite exceptus
ab omnibus, per pulsum Campanae Curritorialis omnes et Singulos AA.RR. Patres
ad Fundandam Jurisdictionem Visitationis Suae Convocavit quibus comparentibus
Dixit. Antequam Campum dicendi ingrediar nihil omnino mihi usurpare
et Mandare in Animo Consului quin prius habeam jus et potestatem ad o
mnes Illimitatem Mandandi et Constituendi. Jus et potestas mihi Concessa
a 1mo Capitulo Provinciali nostro Suffragijs gratuitis mediantibus V. Capitu
li Generalis, Cujus Instrumentum AA.RR. Dnationibus manifesto palam
ut num vero ab Omnibus pro rato et grato recipiatur mea potestas Illimi
ta approbetur ab AA.RR. hujus loci Capitularibus assensum inquiro. Hoc
Sermone finito legere fecit Instrumentum Suae Electionis et ab Eminentissi

Do

loci Ordinario Subscriptum, quo perlecto et à Communitate Con
ventus reverenter acceptato, Obedientiam recepit, recepta Obedi
entia ad Fundandam Jurisdictioné visitationis actualis accessit Commu
nitatem sic alloquens. Onus Superioralis partze qd meis hume
ris et quidem imparibus voluntas Divina n. adeo pridem imposuerat, Se
dulam à me Super quolibet meæ Curæ comisso requirit vigilantiam, ut
Omnes morigeros Singulari gratiarū prosequar Munere, Discolos vero via
Correptionis Paternæ, intractum Religiosæ observantiæ reducere Sa
tagam. Cum igitur tantæ obligaōni onerosæ pro viribus meis Satisfa
cere debeam et remedia quibusvis emergentijs Salutaria procurare
adstrictus sim. Quapropter hæc et n. alia, ad Religiosum Ef
ctum, et regiminis Temporanei Dispositione in unoquoq. Vestrum
plantare Consului, melioris vocationis æmulationem et prudentis re
giminis imitationem. Scio bene Discipulum plures n. pati Ma
gistros nec Celum Soles inspicere duos. Consequenter et Suas Re
verentias à loci hujus Superiore multum venerando Præcepta Vitæ
et Disciplinæ reverenter percipere igitur meæ tantum de cumbentiæ
erit ea solum ad Statum Suum deducere et deduci mandare, quæ hacte
nus n. deducta et praxi n. absoluta, dum autem vellem rigores Sa
Sacri Tridentini Concilij in Superiores Provinciales late pro quam
nos Stricte obligat ut Oves nostras Serio visitemus, vultum earum
diligenter Consideremus, hædos Contagiosos, ab agnis Mundis
omnino amoveamus, à lupinis morbibus pro posse defendamus
et ad pascua Salutis optatæ Conduci curemus, in rigorosa
potestate et violenta manu attentare, n. deberem vocari Pa
stor, ast Mercenarius qui facit rapere Oves et fugit, Qua
propter procurabo in Dno peculiariter ut in Spiritu lenitatis
Commodum loci et Subjectorum investigem de usu et abusu Com
moditatis pro Fundatores et Benefactores provisæ inquiram penuri
Sis quæ cum diligenti Cura provideam Collapsa Spiritualium et
Temporalium restaurem deperdita exquiram inventa et reddam,
Statum Singulorum jugiter Conservem, Finito Sermone ut Sui Cur
Sus Ptens peragat Visitatio, Communitati recommendavit So

brvetatem, exemplaritatem, modestiam ut qui ē latere sunt n. habeant occasionē dicere malum de illis, sed fateanz quia Salutans visitatio venit custodire Spiritu illorū. 2do. ut Visitatione durante p felici successu Provinciæ ARR. Canonici actu pbyteri nullo excepto quotidie celebrent, Iuniores vero Frs partim Rosarij ut privatim recitent, a Choro n. se absentent, ab exitu extra portam Monasterij, nisi in urgenti necessitate se abstineant, Clamores per Conventū n. excitent, Visitationes alterutras Cellarū caveant, Silentium hora una post occasū Solis observent, idq̃ sub pœna Suspensionis p pbyteris, ac ferula Religiosæ Disciplinæ p Fribus demandabit, his præmissis Cellas pbyterorū et Clericorū, receptis ab ijsdem clavibus visitavit, et quoniam in illis, nil contra Religiosam paupertatem superflui et decentia Status, indecorum invenit, reversus ad locum Capituli Claves reddidit, proprium Conscribi mandavit, et Sessionem p tempore pomeridiano limitavit.

Sessio 2da.

Hora in Matutina Sessione assignata veniens ad locum Capituli, præsentes in Capitulo allocutus sermone infra scripto. S. Paulus dum vidisset Mandata sua à Discipulis bene observari his verbis ad illos usus: ago gratias Deo qd solliciti fueritis servare oã quæcunq̃ dixeram vobis, ego dum videam singula bene peragi more S. Pauli possum uti, agendo gratias ARR Dnadnibq suis qd meminerint observare inculcata Sess. Matutinæ ne autem ad Vesperam accedat fletus videant ne à Mandatis injunctis declinent ego munere functionis meæ compulsus ulteriorē Visitationis tractū pseqꝫ n. desinam et ad Visitationem Ecclesiæ Suppellectilis, Murorum tam intra qm extra, ac sarto Tectorū revisionis, Cemeterij munitionis, et aliorū quæ sunt opportuna Visionis accedam. his dictis. ad Sacristiæ Suppellectilem revidendã condescendit, visaq̃ argenteriã, in ærario conservata, omnia juxta Inventarium Ecclesiæ præter unum Votum cum effigie oculorū in suo esse adinvenit, qd Votum quia Inventario per

2. Sacristam Fr. Weglarski est receptum, per illum cum hoc Votum supleri mandavit, Catenas aureas in altari Misericordiæ Sitas, omnino ponderandas, pondusq eas Inventario inscribendum decrevit, Defectum partis ex aurichalco cum lapillis quinq apud Altare Beatissimæ Suplevi, Crucem ad hoc Ipsum altare spectantem reparari, Candelabra Argentea Ampullas grandiores, Missale veluto - - coccineo Coopertum, Apparatus Sacerdotales, p possibilitate Comparari, idq ex accidentibus Ecclesiæ, Cum adjutorio Perill. Propositi injunxit, Fragmenta argentea in reparationem Lampadis, Thuribuli, convertenda, pavimenta Altarium Construenda, Suppellectilem residuam Ecclesiæ Sicuti Mappas lintea, Vasa Stannea et alia Inventario inscribenda Statuit, Mediellam Sacristiæ applicatam, quam in usum Suum R.P. Marcellianq accepit, ex[...] reddam, illamq retro Sacristiæ reddendam decidit, Luminare ex aurichalco in Medio Ecclesiæ pendens, quia in inanem usum R.P. Ferdinandus convertit, aliud Luminare ad decoramentum Ecclesiæ, procurare, vel pretium valoris resarcire judicavit. Rediens ad Domum Propositivalem, Munditiem in Sacristia, Suum Ordinem rerum, recommendavit R.P. Sacristæ, cum autem ad locum Capituli pervenerit, Regestra Accidentium Ecclesiæ, Carbonæ, Censuum et promotoriæ Confraternitatis S. Scapularis p Sequenti Sessione Comportari jussit. His pactis finita Sessio.

Sessio 3tia. 22 Julij

Ips. Perillustris Provincialis Cupiens ut Mandata ejus Suum sortiantur effectum, injunctas in præterita Sessione Regestrorum Ecclesiæ Comportationem Sibi in instanti R.P. Sacristæ præsentari Tabulam obligationum adferri Librum Confraternitatis Scapularis reponi mandavit, his apud Se habitis Regestrum Accidentium Ecclesiæ et expensarum examinavit tetinavit et subscripsit. Regestrum Carbonæ et in ea absolutas obligaones p. Tabulam obligationum Confrontavit, exactiorem nihilominus obligationum Connotationem Patri Sacristæ recommendavit, Conscriptionem et verificationem Elemosinæ in Regestro Carbonæ inventæ ultima Mensis Cujuslibet Superiori loci Commisit quoniam vero expositum fuit Perill. Provinciali quod aliqui ex Communitate clandestinè Elemosinas p Missis percipiant nec

illas ad Massam ut moris est Consignent, inhibuit, ne quis in posterum Si
milia audere presumat idque sub pena excommunicationis latæ Sententiæ, Insu
per R^do Sacristæ mandavit ut absentantes se ab Altari sine justa rati
one Superiori loci deferat ejus arbitraria pena puniendos, deventum tandem
ad Carbonam Ssmi Scapularis in qua quia Notabilis Elemosina reperiri solet,
clavim ab ea Superiori loci reddedit, Connotationemque Elemosinæ annotari in
culcavit. Provisionem pro Reparatione Capellæ percipiendam in reparationem ejusdem
Capellæ et alia opportuna erogari decrevit. Cum vero pervenit ad revisio
nem Summarum Capitalium pro obligationibus in varijs bonis herentium de
receptione Portionum ab ijs dictis Summis inquisivit. Quia vero Provisio flo
renos 280 à Summa Capitali 2000 ex bonis Siedlec et Tarnowiec per
R^dum Melchiorem recepta pro Annis quatuor [struck] hucusque retinebat indivisa tum eo Di
visionem ejusdem Provisionis in RR. Patres pro quatuor [struck] Annos pro eadem provisione
laborantes exdividere, et unicuique quod suum est reddere praecepit. Quo autem
ad Summam Provisionalem flor. 720. ex bonis Mitoszowice, a Summa Capita
li flor. 1000. pro Annis Viginti duobus provenientem quoniam Compertum quia R.D.
Ferdinandus Stante Sua functione privatim et clandestine q. InConsulta Com
munitate inito Condictamine cum G. Stowianowski eorundem bonorum Possesso
re, illud de Summa provisionali, pro tot Annos retenta, pro oblatis sibi 126
florenis quietavit Causam et actionem, Processumque in Castro Sandomiriensi per ali
quot annos cum notabili expensa Conventus agitatum per memoratam quietati
onem annihilavit, flor. 126 apud se Sincelavit, nec [struck] illos in Moderna Visi
tatione reponere voluit ideo Consideratis praemissis Summam 720 flor.
in Spatio Mensium Sex sub pena amotionis à Carbona et Censibus in
futurum proveniendis exsolvere Communitati demandavit, pro celatis vero
flor. 126. et dato talo Scripto, disciplinam privatam per Mensem fe
rijs 6tis singulis eidem injunxit. Item Summam provisionalem à flo
renis Mille ex bonis Karwow et Bobroszyn pro annis 3bus Aureos 6.
Presbyteris pro eodem Censu laborantibus q. Regestrum Carbonæ in Spatio unius
Mensis, exsolvere, Censum autem Florenorum 6. pro Cantu hymni Tibi Laus tibi
gloria inScriptum, alterumque Censum ex fundo poswietne flor. 26, ad se re
ceptum restituere in eodem Spatio, sub pena Suspensionis à Divinis in
junxit. Summas autem Cæteras Se in Bonis Gorzyczany pro Annis 6.

In bonis Malice pro Anno uno, In Kozmirzow pro Anno uno in Praedio Szczecin pro Anno Uno in Byszow pro Anno Uno in Villa pro Annis quasi 10 in Lysa Gora pro Annis multis, in lapidea secus portam Opatoviensem pro annis aliquot — à Summis Capitalibus per Inscriptiones provenientes, Communitati cum adjutorio Superioris loci repetere, repetitas in Libro Divisionum annotare et in personas pro Censibus laborantium dividere jussit, ne autem aliquis in posterum ex Communitate clandestine Census recipere vel quietationem dare audeat, poena in Contravenientes Excommunicationis lata Sententia tulit absolutionem sibi ab ea reservando. Quo vero ad Summam in Villa Sadowie et Provisionem ab ea, pro Anno uno, hoc evincenda statuit, vero Summa florenorum 4000 pro Cursu B. V. Mariae in Praedio Petelyn, et altera Summa pro absolvendis missis in eodem Praedio inscripta in emptionem dicti Praedij pro Conventu Sanctae cum assensu Capituli Generalis et assensu Communitatis Sanctae Conversa et pro Cursu recitando tantum Summa flor. 100. Communitati reservata et ad hoc usque Tempus ob Calamitatem Temporum non solvebantur, statuit, ut adimplentibus Benefactorum obligationem per recitationem Cursus, quotannis Superiorem Moderpum obligavit, quatenus à Tempore Visitationis hujus Stipendia flor. 30. pendant, absentes vero à R. Sacrista Connotandi priventur. Anniversaria in Tabula obligationum expressa praescripto Tempore irremissibiliter ut observantur recommendavit, Jam autem Inscriptiones pro Summis Capitalibus in favorem Conventus Sanctae facta ut in unum librum eo fine Comparandum inscribantur decrevit, et his decretis Sessionem finivit.

Sessio 4ta. 14 July

Perillustris Provincialis cum Capitulo ingressus Sessionem his verbis incepit Cum Voti nostri Cura et obligatio peculiaris sit ut ut Dnis nostris pauperibus Xdum exigentiam eorum possibilia praestemus obsequia, et Commoditatem sufficientem provideamus existimo rem maxime necessariam illos visitandi, Commoditatem indagandi ad quam indagandam assumptis secum R.R. Patribus Praeposito, et Sacrista condescendit veniensque ad hospitale pauperes foeminas in eo sex reperijt, de portionibus utrum sufficientes habeant interrogavit, quibus quod sufficienter ab Illmo Praeposito providentur eos ad gra

-tias agendum Deo, et orandum pro dabus Fundatoribus et Benefactoribus hortatus est.
Devotioni quotidianae in Ecclesia ut adsint Praecepit post Devotionem Ma-
-tutinam Cantilenas solitas psallant, post Vesperas vero Litanias et Par-
-tem Rosarij in Ecclesia Festis diebus, alijs vero in hospitali recitent Se-
-rio Demandavit idque sub Carentia portionis, in Casu absentiae alicujus
quam R. Sacrista advertet Superiori deferendam. Portae Hospitalis ut
post occasum Solis claudantur Sintque cum Serraturis Statuit, Horreumque pro
Conservatione leguminum Hospitalis assignando. Muros et tectorum Hospi-
-talis advertit undequaque ruinam, cui ut quantotius occurrat, Activitati
Admodum Rdi Prepositi relinquit, reparationem per AR Hyacinthum inchoatam Conti-
-nuet, Sarta tecta restauret, fores, fenestras, dari curet, injunxit, et pro
reparatione Summam Aureorum 50. obtulit expensas ex ijsdem in futura
Visitatione remonstraturus. Cum vero Compertum quia Stante Fun-
-datione AR Ferdinandi inchoata per ARD Hyacinthum Hospitalis
reparatio non fuerat Conservata, quinimo fores ad Hospitale à Hi-
-pocaustis ademptae, asseres per R. P. Franciscum accepti et in usum ina-
-nem, in parte Converti, in parte amissi, eundem quia poenis rigorosis
obnoxium adinvenit, idque disciplinam publicam in Capitulo per alium,
per Psalmos Penitentiales faciendam judicavit.

Tandem perventum ad Proventus Hospitalis et expensas ejusdem.
Siquidem proventus, quoniam tantum annualiter important Flor. 245
per 15 uti patuit ex Inscriptionibus Solubilibus, alij vero proventus ab
annis Multis retenti, adhocusque tempus jure, non vindicabantur, ideo Vindi-
-cationem eorundem Preposito Hospitalis, cum adminiculo Superioris loci
injunxit Inscriptiones ex Originalibus documentis ut in librum inseri
bantur, et ex actis tam Consularibus quam Castrensibus, inquiri curent
adinventi per extractum Authenticum habeant. Sedulo Sollicitare
mandavit

Sessio 5ta.

Investigatis ac expeditis Praemissis, Processit ad revisionem Bonorum
et Admodum Rdi Ordinem Ilmi Peteczynskie ad Plenos Krukow vocitatam
ubi accepta Revisione per R.D. Ferdinandum Ex-Praepositum ante Discessum

ejus Cracoviam pro Capitulo Generali privatim Conscriptam Se-
tu praesentem cum praeterito confrontavit, et advertit Summam hu-
jusce praedij Desolationem, Inventarij per malam administrationem
tam Curatorum, quam R.D. Ferdinandi Expositi annihilationem
irrealem Revisionis Conscriptionem, in omnibusq malam Dispositio-
nem, in Villa Gładow omnium ruinam, Segetum quas in Manipu-
lis et semine triturato Revisioni pro se Conscriptae Inserverat,
falsificationem, earumq anticipatam modo clandestino diven-
ditionem, in Conventu nullam de proventibus reparationem, floreno-
rum Mille quos ex peculio AR Hyacinthi plune Praepositi Calissi-
ensis acceperat, in manes usus Conversionem, Remanentium
Segetum, post abscessum ARD. Hyacinthi, divenditionem et
non annotationem, Censuum ad Summam Flor. octingentorum sive plus
ascendentium, ad Regestrum non inscriptionem, et in multis alijs
apertam defraudationem. His itaq Consideratis et bene dis-
cussis, quia R.D. Ferdinandus Expositus, Tempore Regiminis
sui notabilia Conventui Sanae damna Causavit, ex Regestris
Anni 1741. Flor. 3210. Debitor extitit, ultra hoc debitum a-
lia debita ut pote apud Ill. Admdm Rdm Franciscum May-
dewicz Aureos 26. apud Infidelem Jakubek hic Sandomiriae
manentem, Aureos Viginti ~~[illegible]~~ et flor. 4, qui simul juncti effici-
unt summam flor. 842 contraxit; Sententiavit, ut Debita
Contracta ex Summis apud se retentis hoc est ex Summa à Ge-
neroso Rożycki flr. 261, a Generoso Skotnicki flr. 140.
Magnifico Czyżowski flr. 70. ac ex debito ex Regestris
post Calculationem remanenti flr. 3210. exsolvat, id in Spa-
tio Medij Anni Sub incarceratione et rerum Sequestratione
~~exsolvat~~ judicatum; Quod vero attinet irrealem Regestrorum Conscriptionem,
proventuum Occultationem, Segetum post Conscriptam Revisio-
nem divenditionem, tumquoq post Admd. R.D. Hyacinthum mem-
in Conventu et Praedio Krukow derelictorum dispersionem eundem
Voce Activa et passiva usq ad Capitulum Generale privavit,
et ulteriores poenas ex Ipso pro tam Notabilibus damnis et defrau-
dationibus in futuro Capitulo Gnali ~~e~~ Sumendas reservavit.

Quoniam vero ultro se obtulit quævis debita per se contracta exsoluturum modo concedas ei permanentia in Conventu Sand. affectatis ejus libenter annuendo, mansionem in Conventu Sand. concessit, et Juris di ctioni Superioris loci ejusdem subjecit. Quantum ad Calculationem R.P. Francisci qui unius Anni Procuratorem agens, quoniam de proventibus perceptis Summam flr. 196. apud se retinuit, nec illam hucusque Conven tui restituit, dictam Summam in Spatio Septimanarum Sex Con ventui, in Manus Superioris loci reponendam esse decrevit, Sub poenis pro Contraventione Decreti in Convent. Cracoviens. et Ipso Su mendis. quia vero Tempore Administrationis Suæ, in rebus Oeco nomicis imprudenter se gessit, agros plenè non Conseminavit sed illos Conseminandos extraneis personis permisit, in Pdio Wieprzki nihil Sane Seminavit, Silvam in Pdio Krukow in Consulto A.R.P. tunc Præposito inutiliter excidit, aliquot Coretas Sordei clandestinè vendere ausus est; ideo poenis Condignis puniendum esse adinvenit pro quibus luendis ad Conventum Crac. illum locandum censuit. Quod Spe ctat Calculationem Illis Adm. R.P. Josephi Prokopowicz Conventus Sand. Præpositi Præsentanei siquidem ex Regestris exactè à Mense Febru ario usque ad 14 Mensis Julij Anni 1742. Conscriptis et in Visitatio ne Moderna ad examinandum et Calculandum productis luculenter patet, flor. 1600 gr. 10 ad hucusque Tempus percepisse, Summam autem flore norum 2.17.S. gr. 3. pro Vernali Conseminatione agrorum et alijs rebus expen disse, Sustentationem Religiosis de proprio procurasse, ideo Summam flor. 5.7.S. gr. 4. quam in rem Conventus erogavit de proventibus Anni imminentis bonificandam Sibi Concessit. Sedulitatem in Oeconomicis recommendavit, Reparationem tam in Convento quam in bonis possibiles et plus necessariam injunxit, et cætera quæ Ipsi videbuntur opportuna, Activitati Ipsius Præsentis Sessionis vigore inculcavit. Post hæc R.P. Franciscus produxit in Capitulo Documentum exsolutorum per se flor. 54 gr 24, manu A.R. Ferdinandi tunc Præpositi conscriptum quod ipsi est acceptatum in vim debiti fl. 1.9.6. unde R. Franciscus tenebitur tantum Conventui flor. 141. gr. 3 in Spatio Superius præfixo exsolvere.

Sessio 6ta.

Expedita Revisione bonorum Serill. Provincialis accessit ad Secreta
Scrutinia cupiens informari de Vita et moribus uniuscujusq et Sa
lutaria adhibere media, ut quilibet curet meliora Virtutum aemula
ri Charismata, qui ad locum Capituli vocati, et primum de
Religiosa observantia, charitate mutua Modestia exemplarita
te ac alijs ad Statum Regularem & spectum ejus Seorsim
inquisiti, ad interrogata responderunt; Quorum recognitionibus
discussis, quoniam stante regimine exemplari moderni Illu
stris A.R. Praepositi, nihil dissonum, inconveniens et bonis mo
ribus nocivum, advertit, quemlibet eorum Sermone Paterno ad
parendum Instituto Professionis, Vota adimplenda et alia quae
decent Statum Religiosum sectanda animavit, et praecepit, ut
Canonicum Officium Suis horis ab omnibus in Choro dicatur
Litaniae statim post Coenam quotidie dicantur. His attendet Vice
Praepositus Conventus in Capitulo Domestico eligendus, quem si absen
tem advertet illum Superiori deferre tenebitur. Iam autem
Ill. A.R. Praepositus quotiescunq Causa faciendae Dispositionis oe
nomicae, in Villam abscesserit, obligatur ut Suum abscessum inno
tescat Vice Praeposito eiq Regimen pro Tempus absentiae committat,
et dandi licentiam ad Civitatem exeuntibus relinquat; Vice Praepo
situs vero moribus Fratrum Clericorum attendet ut se bene gerant,
Missis Diebus festis inserviant, Choro adsint Examina Consci
entiae Mane et Vespere faciant, Scholas frequentent, pro
fectum exinde Vice Praeposito omni die remonstraturi, ac ipsi
Ill. Praeposito Tempore ipsi bene viso. Insuper excipiendarum
Confessionum Cappaces Presbyteri a Vicario Ordinarij Loci appro
bationem in Scripto procurent, et illam Superiori demonstrent, in locis
privatis Confessiones non audiant, Confessarium Religiosorum
R.D. Ferdinandum elegit et ut Omnes ei Confiteantur injunxit,
Caeteraq Observanda ad Tenorem et Statutorum et Regulae, omnibus
et Singulis inculcavit.

Sessio. 1ma.

Ante tradita RR. Canonicis nova novi Gnalis Eminentiss. S. R. E. Cardinalis Episcopi Crac. Statuta, Perill. Provincialis Sermonem ad Capitulares habuit in hæc Verba. Hactenus Summa Sapientia et Singularis Bonitas Dei, Conservando et gubernando, Religionē nostram dum videret plurimos in ea Manentes in Suo S. Servitio deficere et à lege qm Spiritus S. Cordibus nostris amoris Sui charactere impresserat declinare, vix loco nostræ Religionis ob inobservantiam vocationis aliam n. excitaverat, permisit nihilominus infausta Tempora, quibus multa patiebamur mala ad resipiscentiam dissolutè viventium et emendationem eorum ac tandem dignatus est cum Novo Rege novam legem vivendi in Sacro hoc Ordine pvidere, Secundum quam discamus Vocationi nostræ Correspondere, Saluti et pfectioni Animarum cum Divina gratia vacare. Itaq operæ ptium est, ut nos ab hinc expoliamus homines Veteres et ad Normam ac pScriptum Novæ legis induamus novos, ambulando in novitate Spiritus. Quorum gressus Considerabit Superior, et si cui Vestrum errare Contingerit monitis et pœnis in Constitutionibus descriptis ad recte incedendum Compellet. Quo finito Statuta in manus Cuilibet reddidit, eaq ab oibus Custodienda et Observanda pcepit, Electionē Officialium Domesticorum faciendam, Superiori loci reliquit, illosq quasi jam electos admonuit, ut unusquisq Suum munus exequatur ad Conscribendum Bibliothecæ Inventarium, et libros Suo loco locandos R.P. Concionatorem elegit, Pueros a Conventu expedire mandavit, Cruces quas Secum Consulto apportaverat uniformes, Sub eadem forma ut vestibus applicens recommendavit, Chartulas Nominum et Cognominum, Regestro ad portam Conventus affixo, imponendas, reddidit, et ut n. aliter de Conventu exeant, nisi Suum nomen in Regestro aperiant, pcepit. Post hæc interrogavit adhuc utrum aliquas Extra Se querelas habeant, v. indigeant pro meliori ordine aliquibus Statuendis, affirmantes omnia Suo ordine fixa et Stabilita esse R.P. Polgeti incusarunt: qd inebriari, rarò celebrare,

a Choro, absentari, Mensam non frequentare, Patres turbare, inde-
center per Conventum ambulare, Clamores saepe excitare, AR Prae-
posito injunctum est, ut eum a Carbona amoveat, portione in
Causa absentiae a Choro privet, ad Cellam praeter Mensam
Communem portionem dare inhibeat, et sequentia si agere prae-
sumat, poenas a libero arbitrio AR Praepositi ei imponendas statu-
it quibus Statutis Sessionem in Crastinum limitavit.

Sessio Ultima.

In hac Sessione cum nihil jam Statuendum foret; Pater Provin-
cialis Visitationem suam his verbis conclusit. Pro Virium possibi-
litate satisfaciendo Muneri meo in iis quae ad Majorem Dei Glo-
riam Religionis Incrementum et nostri Status perfectionem spe-
ctare videbantur, nihil amplius a me requiritur nisi Commendata
et Statuta in Visitatione praesenti iterum Paternitatibus suis recom-
mendare, ut ea Virtutis amore, non poenarum formidine adimplere
curent. ita ut Opera eorum bona homines videant, indeque sumentes exem-
plar, Patrem qui in Coelis est glorificent. Sciat bene quisque Reli-
giosus, quod quamdiu exemplar suae vocationis praebere alteri studet,
et ad illud praebendum toto pectore incumbit, ad gloriam Dei animum
alterius trahit, et infallibiliter eam consequitur, quam ut et nos omnes
adipiscamur, circa Impetrationem Benedictionis eam a Deo ar-
denter supplicabimus. Tandem Ordinationem pro bono Ordine ser-
vando manu subscriptam AR Praeposito reddidit, Inventarium
Conventus et bonorum exacte conscriptum et subscriptum reliquit,
tandem ad Ecclesiam pro dicenda Missa et danda Communi-
tati Benedictione processit. His per actis Omnes et
Singulos valedixit Paterne, et abcessit.

229

Actum in Conventu Calissiensi Canonicorum Regularium Ord. S. Spus de Saxia Dominica 1ma post Festum S. Michaelis Archangeli, quo erat dies 30 Septembris Anno Dni Millesimo Septingentesimo quadragesimo Secundo.

Stephanus Pisklewicz Canonicorum Ord. S. Spus de Saxia per Regnum Poloniae utriusq, Prelatus Magister, nec non Ecclesiarum Parochialis S. Crucis, & S. Spiritus in Hospitalis et Conventus Cracoviensis Praepositus Generalis.

Ad Superius dictum Conventum Condescendens. Incepit Visitationem Sua Solita Salutatione et pulsu Campanae in ingressu Ecclesiae: ab hoc Actu: Ingressus Ecclesiam facta praeparatione ad Missam Votivam, indutus apparatu, antecedente assistentia Canonicorum loci, illam Solenniter celebravit, Sanctissimum in Ciborio visitavit, Cujus hostias Septem in pixide recenter die 2da Mensis Praesentis consecratas adinvenit, Ciborium cum Securo Claustro, Altaria decenter ornata, cum mappis trinis portatilibus intactis, reperit. Benedictioneq ac Aspersioneq Aquae, RR. PP. impertita ad Sacristiam rediit. Acta Gratiarum Actione post absoluta Missam, Oleum infirmorum visitavit, Cui quia noviter locum decentem RR. Praepositus invenit, Serraturam ei adhuc ad Securitatem ejus Comparandam P. Provincialis Commendavit. His absolutis ad Domum Praepositualem rediit et Sermonem ab his verbis incepit. Munus & Onus Superiorum cum Sit Summum &c. &c. finito Sermone ob diem festum Sessionem in Crastinum limitavit, Inventaria, Regestra, praeparari demandavit, his absolutis Sessionem finivit.

Sessio 2da.

In hac Sessione 2da pro qua RR. Theophilus comparuit inquisitum de Regestris perceptarum et expensarum quae RR. Theophilus antecedaneus Praepositus Calissiensis reposuit, ea ratione quia sub [redacted] Tempus Capituli Generalis quoniam ob perplexitatem Regestrorum per se Conscriptorum et difficilem eorundem indagationem non calculata, Summa quoq Aureorum 60. pro reparatione loci Calissiensis ex Conventu Crac. accepta et erogatio Ipsius nondum revisa, Ideo tam Regestra, quam erogatio Summae pro reparatione destinatae, ventillata & indagata Sunt, circa quorum Indagationem, RR. Theophilus Pptus Antecedaneus reprehensione dignus inveniebatur quod ultra proventus Communes, notabilem partem Summae pro sola reparatione aedificiorum, dirutorum destinatae, in Usum

et aliam

erogaret, sed quoniam compertum quia summa tempore sui Regiminis agesta et impensa, nec proventibus communibus potuerat sustentari cum familia, ideo consideratis omissis erogatione superius expressa summae ad complementum Aureos 50 suscepit, et liberum ~~alternam~~ ab ulteriori calculatione tam proventuum, quam memoratae summae pronuntiavit. In eadem sessione Regestra Remantium post RP. Theophilum antecedaneum Praepositum, JAR Praepositus monstravit, inquibus patuit percepisse summam flor. Polon. 996. gross. 28. expendisse autem summam flor. Polonicalium 1.5.6.2. gross. 3. Expensae perceptam superant flor. 5.6.5. gross. 5. quam summam perceptas superantem, quia JAR Praepositus, pro reparatione conventus, et praedij, contraxit, contractamque expendit, sane ex proventibus imminentis anni exsolvendam esse decrevit, verificatisque ac ventillatis perceptis et expensis, regestra producta manu sua subscripsit. His absolutis accepta revisione et Inventario conventus, eundem simul et Ostium in Dyniec visitavit, statum praesentem cum praeteritis confrontavit, quem longe meliorem ab anteacto videns, antiquitatem vetustam novitate coopertam reperiens, sepes in parte de toto novos, in parte ferme noviter extructos, tecta signanter reparata, praedium in Dyniec, de cineribus et favillis elevatum, aliaque ultimam cladem minantia, de ruderibus erecta intuens, pro cura et solicitudine loci JAR Praeposito, P. Provincialis gratias agens, eundem in ulteriori onere circa commune bonum, ut non recuset laborem ferendum obligavit. Carbonam obligationum revidit, et subscripsit. Authenticas Inscriptiones in fasciculum collectas, in librum seorsivum inseri, provisiones ab ijsdem summis repetendas activitati P. Praepositi reliquit. Librorum catalogum conscribendum demandavit, pro reparatione vero conventus aut pro exsolvenda praedicta summa 5.6.5. florenorum expensorum in rem conventus, Aureos 40 JAR Praeposito obtulit et reversum receptorum florenorum a J.R. Praeposito recepit. His peractis ad vitae et morum indagationem accessit, et inconscientia unumquemque obligavit, ut fateantur, prodant, et informent si quae sunt dissona corripienda, vitia extirpanda, mores emendandi et in statu meliora

reducendi, Sed quia in Secretis Scrutinijs A.R. Ppositg nil Criminosi et Scandalosi inter R. Residentes se vidisse intulit, pter qd R.D. Xaverius sine licentia sui Superioris aliquoties ad Civitatē exisset, Similiter Residentes nullā objectionem contra A.R. Ppositum habuisse dicerent, nihilominus S. Provincialis omnes et singulos ad æmulanda meliora exhortatione brevi admonuit, et eo fine nova Statuta eis obtulit, ut ad normam et exemplar eorū statum suum regulent, vitam gubernent, Vocationi Religiosæ parere nitantur. Et quoniam ad vitæ et moru Regulamen aliqua in Statutis recenter ab Eminentissimō S.R.E. Cardinali pro universa Provincia Polona S. Spiritg editis, n̄ sunt expressa, ideo A. Provincialis illa quæ vidit ad sanctiorē uniuscujusqz profectum ac bonū Ordinē fore necessaria et opportuna statuenda esse duxit et infra scripta ad instar Decreti Reformationis Puncta ad observandu sub pœnis rigorosissimis, sive p futurā Visitationē, sive p Superiorem loci, quovis tempore exequendis Communitati Calissiensi reliquit. Ut Actu Psbyteri n̄ habentes ullum Impedimentū in Ecclesia propria Sacra celebrent, alienas consensu mediante sui Superioris adeant, absentantes se ab altari sine justa causa, puniendi pœnis arbitrio Superioris sui imponendis. Ut unusquisqz n̄ audeat excipere Confessiones, tam Laicorum qm Spiritualium personarū, nisi obtenta ad id munus, ad quem de jure pertinet, facultate, et capacitatis ac idoneitatis approbatione idqz sub suspensione a Divinis exercendis. Ut nullus audeat ad Civitatem egredi, sine accepto, a Superiore Conventus licentiā, egrediens tamen si commodè fieri poterit, petat sibi Sociū et de Civitate juxta determinatū tempus a Superiore ad Conventū redeat sub carentia portionis diurnæ. Ut fœminas ab accessu residentiæ suæ arceant. Ut Ordinario Confessario confiteri curent, aliaqz quæ ad Status perfectionē, et meliorē Normam vitæ pertinent adimpleri curent. Quia vero a Superiore loci, clarè nobis ē exposita tenuitas proventuum ad Conventū Calissiensē spectantiū. Inde

quia

qvia Presidentes Canonici proportionate ad Proventus alimonia, non respi ciendo indigentiae et reparationem loci petant Statuis, Ut omni Die Dres portiones excepta Auctione in diebus festis, A.R. Canonicus ab A.R. Preposito dent, refectio pro posse conferat. Haec puncta sigillo munita Manu Sua subscripsit et A.R. Preposito ad Manus reddidit. Post perlecta Supra scripta Decreti Reformationis puncta adhus P. Provincialis interrogavit, si Communitas animadvertisset aliquid, Statuendum Judicandum Decidendum, sed qvia tam in Spirituali quam in Temporali Regimine omnia iam composita et ordinata esse dixerint. Itaque Visitationem suam terminavit, Communitati valedixit, et iter retro arripuit

Visitatio Præpositure Stavisinensis.

Anno Dni 1742, die 2. Obris, Inchoans Visitationem Suam P. Provincialis Præpositure Stavisinensis cum pulsu Campanæ, Ecclesiam ingressus est, in eaque absoluto Sacro Sanctissimum visitavit Hostias in pixide 10 recentes inveniens, Claustrum Secure applicatum vidit. Oleum infirmorum qvia non indecenti loco adinvenit, alium locum, ad illud conservandum preparare mandavit, Apparatum Ecclesiæ revidit et Altaria, qvia vero in uno Altari portatile fractum et sine reliqviis invenit, illud rejicere mandavit, et celebrare in eodem altari donec provideat aliud portatile prohibuit, Portæ Ecclesiæ claustrum applicare cepit. Post hæc visitavit Hospitale, in quo Pauperes feminas duas, et tantum reclinatorium habentes vidit. Visitato Hospitali, ad domum Prepositur alem venit, et fundato Jurisdictione respondit R. Prepositus qui habita Summa Aureorum 25 pro reparando loco, curam adhibere noluit, accepta pecunia necessaria providere, (magis Suum Commodum Personale, quam loci curans) recusavit. Qvia vero R. Prepositus Stavisinensis Se pluribus esse distentum affirmavit, difficultatemque ad procuranda necessaria reparandi loci se habere dixit, Cura Stavisinensis loci circa reparationem ejusdem A.R. Preposito Calissiensi Commendata, pro labore in futuro Deo dante Visitationis Actu Gratiarum actionem recepturus. His absolutis, inqvisitum est de Regestris Romanentium

post RD. Bonaventuram Walewicz, quae ventillata et revisa P. Provincialis
subscripsit, recommendatis his ut 3tiam partem proventuum loci q reparati
one Ecclesiae convertat. Tandem admonuit, ut in diebus festis Sacra absol
vat R. Ppositus, nulloq, nisi finita prius devotione in propria Ecclesia
divertat, q absolvendis Missis, aliaq quae status melioris sunt agant,
melioraq Charismata amuletur. His recommendatis R. Ppositus valedixit
et abscessit in vias suas

Actum in Domo Plebanali Biskupicensi
Feria 4ta post Dominicam 2dam Epiphaniae
quae erat dies 23 Januarij. Annô Dñi 1743tio
Stephanus Pisklewicz Canonicorum Reg. Ord. S. Spus
per utramq Poloniam nec non Ecclesiarum Parochialis
S. Crucis & S. Spiritus ac Hospitalis Praepositus Ge
neralis. Ad dictam Plebaniam Biskupicensem Condescendens,
Visitationem suam ab hoc actu incepit. Ingressus Ecclesiam, Pirô
pulsu Campanae Sacrum Ante Majus Altare Sub Titulo S.
Martini celebravit, ibiq Sanctissimum, post Sacra Olea Visi
tavit, absolutis his reversus in Domum Plebanalem Sessionem
ab his verbis incepit. In tantum Sedula Superiorum Vigi
lantia circa inferiorum curas omni meliori modo sollicitari ambit,
Inquantum eorum Administratio in Regimine Commisso vacillare
Udesistit. Hucusq circa Loci istius Regimen vi muneris mei
nullam certo adhibui Indagationem, cum credederim quia Do
mus Istius Praeses laudabiliq noscat sibi Posse et alijs menteq
ac animo incumbat ut in vita Regulari nihil admittat Irregu
lare, quod ut pro aliorum exemplo pateat evidenter, Compellente Sta
tutorum nostrorum Praescriptione, & Sacri Concilij Tridentini vigore
Visitationem expediendam esse Duxi etsi quid corrigendum
emendandumve advertero Paterna Admonitione emendare stu
debo. Hoc finito Sermone: Ante Inchoationem Visitationis

Suae

Perillustris Provincialis ex Illustri Plebano Biscupicensi volens intelligere utrum agnoscatur pro Legitimo Superiore, aut aliquam contra Personam Ejusdem, aut Secretarij non habeat oppositionem qui respondit se nescire de Electione Secretarij. Cui p̄sentata est Electio Secretarij in Capitulo Canonicè facta, Vigore Cujus, quoniam in Visitatione Conventus Sandimiriensis, Calissiensis Staviensis, agnitus pro Legitimo Secretario ideo & in p̄senti visitatione ad suum munus obeundum accedit. In Continenti intulit ARD. Secretarius non debere habere locum R. Vicarium in Actu hoc, quoniam non sit Capitularis et Juramentum ejus de Servandis Capituli Secretis nec in actis Domesticis nec in Actis Provincialibus extat sed quia manens in Conventu Sandomiriensi ad Sessiones tempore Actus Visitationis admissus erat ideo et hic p interim dispensatur. His factis Sessio post horam resumenda limitatur.

Sessio 2da.

Facta Convocatione Condescendit P. Provincialis ad Visitationem Ecclesiae et ejus Suppellectilis, revidit itaq Altaria quae cum Mappis trinis, reliquiis, et portatilibus adinvenit, quia vero pulveribus Confecta et luto deturpata vidit illa mundare mandavit, Visis Altaribus revidit Baptisterium, Quod non occlusum Aquam baptismalem immundam, vas in quo Aqua Baptismalis non dealbatum Piscinam non debitè effossam vidit, monstravit RD. Plebano Decretum Reformationis Perill. et Rndssmi Mathiae Lubinski Canci Cathedralis Crac protunc Visitatoris quia jam pridem illi tum Aqua Baptismalis Mundior, tam Vas pro eadem Aqua dealbandum, quam Piscina profundior effodienda injuncta est per illud Decretum, et necdum haec ad executionem deduxerit, et adhuc Baptisterium non occlusum stare permiserit, respondit RD Plebanus, ille de sua pecunia provideat, qui mandat providenda, quibus verbis p̄termissis injunxit P. Provincialis quatenus aqua Mundior, Vas mundius, Piscina profundior, provideatur, et qd Maximum Baptisterium semper securè claudatur, et Serratura ad illud Claudendum securiùs provideatur, Post haec Apparatus Ecclesiae et coeteram

ejus

Visitatio Præpositura Calisiensis

Angelus Marsnulewicz Ordinis Canonicorum Regul. S. Spiritus de Saxia Provincialis Conventus ac Hospitalis Crac. Præpositus. Muneri Superioritatis faciendo providens Bona Provinciæ ad Præposituram Calisiensem in ordine ad Visitandum condescendit sub Die 15ta Mensis Junij 1744. imprimis Celebrato Missæ Sacrificio cui residentes aderant, ac Visitato in Ciborio Sanctissimo in quo recentes hostias sub die 13tia Mensis consecratas adinvenit tandem ad stubam Præposituralem invitatus A.R.R. Patres salutavit Jurisdictionem Provincialatus fundavit Regestratam Perceptarum quam Expensarum ob brevitatem temporis A.R. Præposito producere mandavit pro die 19. Fundata Jurisdictione A.R. Pater Stephanus plurima et quidem pessima A.R. Præposito objecit qui propter majora documenta de vita ac moribus ad convictionem A.R. Præpositi ad ea omnia quæ retulit probanda per Testes Se tradit. Prlis Provincialis ex rationibus animum permoventibus reservata Visitatione Præpositura Calisiensis Stavisiam iter pro Visitatione arripuit.

Sessio 2da.

Anno Die 19. Prlis Provincialis ex Termino Visitationis expedita Præpositura Stavisiensi Convocatis Patribus Sessionem in qua productionem Regestrorum exquisivit. Quoniam A.R.D. Præpositus Regestra pro die prædicta parata non habuerit praestando vero beneficium, diutius temporis Spatium Comportandorum Regestrorum assignavit et interim ad Scrutinia Invocato Spiritu Sancto condescendit ut Seorsive. In eadem Sessione Consensum quidam postulaverit

ut in fundo Præpositurali proprio Sumptu ædificari possit quem Prlis Provincialis omni cum alacritate Subscripserit ad augendum majorem Conventus Subditatum ac prestandos labores cum conditione ut nil laborum per Annum prastet post expletum tempus consvetis laboribus acquiescet. In eadem sessione Similiter Tabernator Contractum arendatorium petierit ne Taberna stet tanquam vacuus coram Patrone Viator, Superque medimidium patiatur Percepta Conventus libentissime cum Conditionibus ut in Contractu Prlis Provincialis Subscripserit.

Sessio 3tia

Anno ut Supra Die 26. Prlis Provincialis post absoluta scrutinia in ordine ad expediendum Calculum condescendit Convocatis Patribus cujus raptularia producta et non tota ex quibus impossibile devenire quanta percepta et Expensa in Conventu reperiantur ut appareat ad futuram Deo dante Visitationem distulit, ex Raptularibus ad Regestra Suo ordine conscribere mandavit. His expeditis A.R. Præpositum ex rationibus ut inquisitione ex sonant expedita a Temporalibus Suspendit, in Economicis rebus detrimentum Conventus ut autem non patiatur Tantisper A.R. Præposito Stavisiensi Theophilo cura et administratio Temporalium cum adjutorio A.R. Patris Stephani plenarie committitur, ad ulteriorem tam Illustrissimi Commissarij quam Capituli Cracoviensis decisionem. His absolutis post amplexus fraternos Cracoviam iter arripuit.

Visitatio Præpositura Stavisiensis

Anno Dni 1744. Die 26. Junij. Prlis Provincialis finitata Visitatione in Conventu Calisiensi ex ratio

nibus ad Preposituram Stavisiensem in ordine ad Visitandum condescendit imprimis celebrato Missae Sacrificio ac Visitato in limborio Sanctissimo in quo hostias Sub Die 28 Maj consecratas adinvenit de quo A.R. Prae-positum Ptis Provincialis reprehendit ne ista in posterum fiant ut diligentius curet demandavit. Post absolutum Missae Sacrificium revidit tecta quae A.R. Praeposito proposuit si ista licent pati A.R. Praepositus respondit non habere modum eundem locum unde reparare. Tandem ingressus Preposituram Iurisdictionem fundavit circa quam Inventarium verificari cum antiquo A.P. Secretario ac Regestra Perceptarum Expensarum A.R. Praeposito producere mandavit. Ptis Provincialis videns locum Summa reparatione indigere et Segetes varias quae ascendunt Numerum Wiertel 83. partem pro reparatione, reliqua pro Expensis divisit distribuit ac constituit his absolutis iter Calissiam pro Continuanda Visitatione arripuit.

Visitatio Conventus Sandomiriensis.

Anno ut Supra Die 14. Mensis July Ptis Provincialis juxta morem ac consvetudinem ad Conventum Sandomiriensem pro Visitatione condescendit quem cum A.A. Patres Salutaverint Missam de Spiritu Sancto celebraverit assistentibus DD. Canonicis Sanctissimum in limborio visitaverit Benedictionem dederit Sub Die 29 Mensis renovatum quibus finitis ad Prepositurale miuitatus locum ad pulsum Campanae Congregatis Patribus Iurisdictionem fundavit fundatâ Regestra Perceptarum Expensarum prodiens producere mandavit. Inventaria Conventus Sacristiae ob brevitatem temporis post prandium cum antiquis verificare A.Patri Secretario Commendavit. his expeditis Sessionem limitavit.

Sessio 2da.

Ptis Provincialis post prandium Solus Sacristiam visitare condescendit, Inventarium cum antiquo confrontaverit Argentorum partes numeraverit ex quibus nihil de

cessisse

imo accrevisse viderit, omnia suo loco bene posita ac disposita advenerit, Prli Praeposito pro cura et Solicitudine gratias egerit et Patrem Sacristiarum Summopere laudavit. Interim Hospitale Causa visitandi condescendit in quo Hippocaustum sursum propter commoditatem Pauperum ac majorem Securitatem Ecclesiae Prli Praeposito reparandum esse commendavit. Tandem Inventarium Conventus tectorum ac omnium rerum cum antiquo RD. Secretario verificare injunxit in presentia unius Patris, Si quid accessit vel decessit. Sed quoniam nil imo juxta antiquum Inventarium reperiuntur omnia reservata Inventario rum Bonorum Visitatione celebrato Missa ac provocato Spiritu Sancto ad rationibus mane ad Scrutinia condescendit.

Sessio 3tia

Post absoluta scrutinia mane ad Regestra post prandium Calcanda condescendit quae primo per ARP. Wolski protunc Procuratorem producta sunt, de quibus jam per Capitulum Domesticum ut in actis tam de Perceptis quam Expensis cum quietatus fuerit (Salva tamen Conditione Sine qua non ut ratificetur eadem quietatio quae facta fuit et approbatio Eorundem Regestrorum per Visitationem effectum Sortiatur dilatum est) contra quae quoniam nullius RR. Patrum objectionis vel alicujus damni Causationis a Prli Provinciali cum scivit AR. Patres interrogati eidem AR. Patri Wolski protunc Procuratori ipsi proposuerunt detrimentum ideo Prlis Provincialis eandem quietationem Capituli Domestici approbari Regestra Subscribi ratificari censuit, et Summa [illegible] 5. Florenorum Polonicalium ex Regestris juste pullulantem pro Expensis Conventus erogatam instantanee reddere AR. Patri Wolski demandavit. Quo vero ad Regestra Fratris Remigij quod nullam objectionem à Patribus haberet ideo eadem Subscripsit. Tandem 3tio ad Regestra Prlis Praepositi conde-

Sensum est, ex quibus Summa notabilis per Prlem Praepositum pro Conventu erogata apparet, ideo eandem ex proventibus futuris benificare concessum est. Interea orta fuit controversia de loco Secretarij utrnam locum debeat obtinere an Professionis an post Praepositum localem quam resolvenda Prlis Praepositus Prokopowicz qui per aliquot Annos hoc Officio gaudebat et Pater Bonaventura Walewicz qui eodem hujus Officij particeps fuit Verbo Sacerdotali affirmarant Secretario locus post Praepositum localem debet omnino quoniam et Nobis dabatur, ideo Prlis Provincialis eadem Sententiam ac magis hoc Officium habentibus fidem praestitit, et eum in post sine omni controversia Secretario suo post Praepositum localem assignavit designavit ac Capitulum Domesticum eandem Sententiam agnovit esse justissimam et approbavit. Deinde ad Acta Domestica deventum est in quibus Fr Dominicus Duchowski cum sit cum quadam Virgo habere confidentias in Actis descriptus ac judicatus, ideo idem Fr Dominicus volens se de talibus objectis emendare quae sine inquisitione judicata erant magis ex malitia quod Decretum petijt tolli cassari et annihilari. Prlis Provincialis beneficium Juris eidem Fratri ad emundationem Testes inducere concessit et solus inquisitiones ex ijsdem testibus audire appromisit. Quibus auditis quoniam nil fundamentaliter ac realiter solum ex malitia Decretum contra eundem Fratrem latum sine ipso de ipso per Capitulum Actis insertum neque inquisitionibus eductum adhaerendo Justitiae solo hoc ce Decretum, uti non legitime esse, cassari annihilari et silentium imponi censuit commendavit ac demandavit sub poenis. Iterum 2dum Decretum contra Fr Remigium ratione quasi veneni per ipsum contracti ac habiti pro Persona Prlis Praepositi Nozivi dictt wodka Serwaserowa: quod Decretum petijt idem Fr cassari Prlis

Provincialis huic obviando ac tali in praesenti Scandalo inquisitioni difficilem emundatio sit juramentum juxta Rotam descriptam ad Crucifixum praestare demandavit. Quod Prlis Praepositus eidem condonavit, hoc autem Scandalum ne divulgetur alicubi serio prohibuit et Silentium imposuit. his finitis A.A. Patres valedixit et iter arripuit.

#

Visitatio Conventus Sandomiriensis

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo 5to Die 3 7bris Perillustris et Rndissimus Angelus Marmelewicz Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Spiritus per Utramque Poloniam Provincialis Conventus Crac. ac Ecclesiarum S. Crucis Parochialis et S. Spiritus nec non Hospitalis Praepositus, Qui suae Functioni et obligationi volendo satisfacere ideo ad loca seu Conventus in hac Provincia concessit, et non in alium Finem nisi, an in hisce locis Religiosi Ordinis Nostri hac quae Religiosos decet mores observent Disciplinam Regularem ament, Bona in omni ordine conservent et Deo primo ad Ecclesiam S. Spiritus veniendo, qui ad valvas a Praeposito et alijs Patribus more solito susceptus et post veniens ad Sacristiam facta praeparatione ad Altare Dni Missam de Spiritu Sancto celebravit, post vero Communionem in Choro Sancto Sacrificio, Ciborium vertit ibique adinvenit Pixidem cum Sacramento Eucharistiae non pridem facta renovatione Post celebratam Missam condescendit ad locum Praepositurae et facta Sessione ad quam per pulsum Campanae congregatis Patribus, in qua nullae ob oppositio proposita, recommendavit Admodum Rndo Praeposito et Patribus, ut ut conscientia teret informent Eum de statu hujus Praepositurae. Et nil ad hoc Patres responderunt Nisi Adm Rndus Praepositus Obiecit iterum rne toxici sibi praeparati per Fratrem Remigium jam in praeterita visitatione commemorati, modo vero in hac visitatione resuscitati, quam Obiectionem Rndissimus Prlis dicitur ad alteram Sessionem. Tandem Rndissimus Prlis, mandavit Fri Remigio ut producat Regestra Proventuum tam de Bonis quam praecisionibus et Censibus ac Expensis, ad calculationem

horum me Secretarium ac Patrem Franciscum delegavit.
In hac etiam Sessione Rndo Patri Sacristae recommendavit quatenus Suppellectilem Ecclesiasticam in paratis habeat, quia post meridiem ad illam visendam et revisendam condescendam et Soluta Sessio.

Sessio 2da Die 4. Septembris.

In hac Sessione Perillstris Provincialis facta Revisione Sacristiae laudavit bonum ordinem munditiem ac attentionem Ptris Philippi in Ecclesia, cui Inventarium Suppellectilis Ecclesiasticae in quo usui ornamentis et Sacro Ministerio pertinent reperta subscripsit. Tandem per Patres Calculatores porrecta sunt Ptris Procuratoris Regestra per illos bene ventilata, seu planta ex Regestris totius Percepta et Expensae excerpta, in qua planta patuit superans Expensa Perceptam nempe Percepta pecuniae Floreni extabant 4635 gros. 16 Expensarum, 4799 gr 10 ubi superat Expensam Perceptam Flos 164 gr 10. Vocatus ad Sessionem Ptr Remigius et a Perillustri Provinciali interrogatus unde tam copiosum sperat peculium ad expendendum dum jam Percepta non aderat, Respondit ex proprio peculio expendi summendi Flo 65, quos Idemque Prlis Provincialis quod in bonum Commune vere prodire illos nempe praememoratos Ptri Remigio ex futuris proventu sibi benificari permisit, ac Regestra omnia ac etiam Ptris Dispensatoris cum Ptris Procuratoris concordantia subscripsit et quietationem dedit.
In haec Sessione, Prs Provincialis investigavit et interrogavit Adm Localem Praepositum in quodnam usum pecuniam expenderit quam a Porzyczenski pro emancipatione acceperat, nempe Flo renes 300 et Alias Summas quas ex Variis locis a Summis Capitalibus assumpserat 193 gr 10. Ad quod Quaesitum Ptri Prli in Scheda porrexit Idem Adm Praepositus, in qua patuit hujus Summae simul juncta expensa, et ?mo in debita bania tandem in scindas, clavos, et debita Adm Rndo Maykiewicz. Infideli Jakobek, Infideli abraamek et alia pro Adm Rndo Ferdinando exoluta. et sic demonstravit de hac Summa expensam et est a Ptri Prli quietatus. Et Soluta Sessio.

Sessio 3tia 5. Septembris

Ad 3tiam Sessionem more solito congregatis Patribus Rndismq

Provincialis quatenus singillatim prius ex Sessione exeundo ad Scrutinia accedant, post Facta Scrutinia, Item Adm Reverendus Praepositus Illud in 3tia Sessione commemoratum recessitavit contraque Frem Remigium queretam posuit quod Ipsum veneno Suffocare voluit. Quod Rndissimus Prlis sopire intendens Fri Remigio ad emundationem de Objecta propositione juramentum corporale indixit, in quem finem Prae libenter habuisset quod Adm Rndus Praepositus admittere non permisit, et sic Rndissimus Prlis videndo Indebitam Vexam Fris Remigij Illis nempe Adm Rndo Praeposito et Fri Remigio ne fiat Scandalum in populo, serio perpetuum silentium imposuit. Pater Philippus in hac Sessione exposuit et demonstravit calices, in quibus celebrari nequibat ob defectum deaurationis Cuppae, Propterea Rndissimus Provincialis permisit circulos aureos nempe tabbki assumere ad deaurationem, attamen intto prius cum aurifabro Consilio an hi apti manebunt, sinsecus tunc aureos de Altari Misericordiae Ipsa, accipere et inde deaurare quatenus utiles et apti exsistant ad Sacrum absolvendum. In hacce Sessione Rndissimus Prlis recommendavit Adm Rndo Praeposito quatenus recuperet Calicem ab Infideli Rushon, per Patrem Hyacinthum ad reparationem datum. Item Rndissimus Provincialis videns magnum detrimentum in Conventu per intrusionem Adm Rndi Praepositi ad temporalia Ideo ipsi inhibuit sub amissione Officij ne se immisceat, iuxta Decretum interioris Visitationis se gerat Illudque observet et Finita Sessio.

Sessio 4ta et 6ta Septembris

Facta tam in Conventu quam in Villa ac Praedijs ad Conventum spectantibus Visitatione et Revisione Rndissimus Provincialis in hac Ultima Sessione Monuit illic quamquam Residentium Patrum ac Fratrum quatenus Adm Rndo Praeposito debitum honorem ac obedientiam semper praestent, inter se mutuum amorem servent, Religiosam disciplinam ac mores teneant. Ipsi vero Adm Rndo Praeposito attendentiam sibi recommendavit item praecepit ut illi detur sicut à ad Civitatem sine praementi recessitte, item ut Cultus Divinus more solito et cum omni observantia promoveatur, Cursus juxta mentem Fundatoris pro Fratribus Canonicis quotidie in Ecclesia recitetur, Confraternitas Scapularis Divino detur; hoc prae oculis illis ponens, quia ipsi omnia necessaria Confraternitati suppeditabunt absque Ipsorum Cura. Ad finem Inhibuit Rndissimus Prlis Fratri Procuratori ut circa tem-

peralia omnem Solicitudinem habeat Summopere attendat Sarta tecta tempestive comparet, omnibus bene attendat, et Conventui quae Sunt necessaria procuret. His peractis Rndorum Patrum piis se orationibus commendans, illis valedixit ac iter arripuit.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono Die Mercurij Decima Quinta Mens Octobris.

CAPITULUM GENERALE.

Occurente vacatione Praepositurae Generalis Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia post obitum Adm Rndi ac Religiosi olim P. Angeli Marmulewicz immediati Praepositi Generalis Conventus Cracovien, Die Vigesima Quinta Mensis Septembris Anno currenti demortui Perillustris et Rndissimus Dominus Josephus Carolus in Bleszno Bleszenski, Cathedralis Cracoviensis, et Insignis Collegiatae Sandomirien Canonicus, in Bolesław et Chroberz Praepositus, dicti Ordinis Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia a Celsissimo Principe Illustrissimo et Rndissimo Dno Andrea Stanislao Kostka in Załuskie Załuski Episcopo Cracov Duce Severiae Specialiter Deputatus Commissarius, de Speciali assensu Eiusdem Celsissimi Loci Ordinarij per Literas Innotescentiales sub nomine et Sigillo suo editas pro die Superius expressa videlicet die Mercurij Decima Quinta Octobris Anni currentis pro hac Sola vice non praejudicando quidquam Statutis per Eminentissimum olim Cardinalem Lipski Episcopum Cracovien approbatis, ex quo Primus Definitor Adm Rndus ac Religiosus P. Stanislaus Wolski qui vigore Statutorum dicti Ordinis post fata Praepositi Generalis debebat succedere in locum, sit ad praesens Praepositus Sandomiriensis ob distantiam Loci tam a[b] utramq Praeposituram administrare pro nunc non valeat tum ex alijs rationibus animum Suum permoventibus convocavit. Qua die advenienti descendenti dicto Illustri et Rndissimo Commissario ad Conventum Cracovien Canonici dicti

dicti Ordinis Superpelliceati in Mucetis Elevata Cru-
ce ad Porticum Ecclesiæ Hospitalaris S. Spiritus Cracoviæ
obviam exiverunt, Eundemq per dictam Ecclesiam ad
locum Capitularem introduxerunt. Qui Perillustris
Dominus Commissarius prælibatus in loco Capituli pro
Præsidente assidens præmisso concinno Sermone de fa-
tis Suprascripti Præpositi Generalis, terminum Electio-
nis dicti Præpositi ad Diem Decimam Septimam Mensis
et Anni currentis ob absentiam Primi Definitoris in pro-
cinctu viæ existens præstolavit et prorogavit. et ad conscri-
bendum Actum Electionis præsentis me Carolum Iawor-
ski Sacræ Rē Mattis Secretarium Publicum Sacra Autho-
ritate Apostolica Notarium in Secretarium assumpsit
et deputavit, ac pacem concordiam et unionem Patribus
congregatis commendavit.

Adveniente tandem die ex limitatione Veneris De-
cima Septima Mensis et Anni currentis. Idem Perillu-
stris et Rndissimus Dominus Commissarius ad Conventum
Cracoviens condescendit. Quem similiter elevata Cruce
Canonici dicti Ordinis S. Spiritus in Porticu Ecclesiæ
Hospitalaris Superpelliceati in Mucetis Salutando an-
te Majus Altare introduxerunt, et absolutâ Missâ lectâ
de S. Spiritu per Adm Rndum ac Religiosum P. Stani-
slaum Wolski prædicti Ordinis Canonicorum Regularium
S. Spiritus de Saxia Provinciæ Polonæ Definitorem tunc
Præpositum Sandomiriens, eundem Perillustrem et Rndis-
simum D. Commissarium Superpelliceati in Mucetis
cum elevata Cruce ad locum Capitularem deduxerunt,
Qui Perillustris et Rndissimus Dominus Commissarius recita-
to Hymno de S. Spiritu locum Præsidentis occupavit, et inhæ-
rendo Statutis circa Electionem Præpositi, nominantibus Sin-
gulis Patribus Capitulariter assidentibus, in Scrutatores duo
sunt electi, nempe Adm Rndi ac Religiosi Gaspar Barto-
szewski Procurator Conventus Cracoviens, et Lucas Mierzwic-
ki Conventus Sandomiriensis Concionator, qui obtentâ ab-
solutione Generali à Quibusvis Excommunicationis
et Interdicti Sententÿs Censuris, ad effectum Omissorum
consequens Singulis Patribus concessa receperunt Vota
pro Præposito Generali Conventus Cracoviens.

Admodum Rndus ac Religiosus P. Stanislaus Wolski Vo. 1.
Adm Rndus ac Religiosus P. Stephanus Pisklewicz. Votū 1.
Adm Rndus ac Relgsus P. Franciscus Węglarski Votum 1.

Revisis Schedulis Votorum pro Præposito Generali Pro-
vinciæ Polonæ et Præposito S. Crucis, P. Adm Rndus ac
Religiosus P. Stanislaus Wolski Renunciatus est.
Tandem deventum est ad Electionem Definitorum

et quidem Ŝmi pro quo eligendo Supra memorati Scrutatores receperunt Vota.
Adm Rndus ac Religsus Franciscus Weglarski Vota --2.
Adm Rndus ac Religiosus Hyacinthus Pisklewicz Vota --7.
Adm Rndus ac Religiosus Liborius Brzezienski Votum- 1.
Adeoq attentis Votis Septem Adm Rndi ac Religiosi Hyacinthi Pisklewicz Præpositi Stavisinens absentis pro Definitore Primo Idem Adm Rndus ac Religsus Hyacinthus Pisklewicz renunciatus est.

Secundi Definitoris.

Adm Rndus ac Religiosus Ferdinandus Liers Vota 3.
Adm Rndus ac Religsus Liborius Brzezienski Vota 3.
Adm Rndus ac Religsus Gaspar Bartoszewski Vota 2.
Adm Rndus ac Religsus Lucas Mierzwicki Votum 1.
Finita Electione Definitorum, processum est ad Electionem Præpositorum Locorum particularium et quidem Conventus Sandomiriens et habuerunt Vota.
Adm Rndus ac Religsus Liborius Brzezienski Vota --4.
Adm Rndus ac Religsus Dominicus Osuchowski Vota --2.
Adm Rndus ac Religsus Stephanus Pisklewicz Votū --1.
Adm Rndus ac Religsus Franciscus Weglarski Vota 2.
Ex quibus Votis collectis Adm Rndus ac Religiosus Liborius Brzezienski uti 4 Votis prevalens pro Præposito Conventus Sandomiriens renunciatus est.

Calissiens.

In Præposituram Calissiens Singulis Patribus Capitulariter assidentibus, votantibus confirmatus est pro Triennio Adm Rndus ac Religsus P. Stephanus Pisklewicz.

Stavisinens.

In Præpositum Stavisinens habuerunt Vota.
Adm Rndus ac Religsus Franciscus Weglarski Vota - 7.
Adm Rndus ac Religsus Lucas Mierzwicki -- Vota 2.
Attentis itaq 7. Votis favore Adm Rndi ac Religsi P. Francisci Weglarski in Præpositum Stavisinens pronunciatus est

Biskupicens.

In Rectorem Ecclesiæ Biskupicensis, Adm Rndus ac Religsus Hyacinthus Pisklewicz habuit Vota 9. et pro eodem Rectore dictæ Ecclesiæ Biskupicens pronunciatus est.
Quam Electionem PP. Capitulariter assidentes pro Canonica et legitima per Verbum placet Interrogati a Perillustri et Rndissimo Domino Commissario acceptarunt, ac pro facienda gratiarum actione ex Loco Capitulari Processionaliter

cum elevata Cruce ad Ecclesiam Hospitalarem S. Spiritus descenderunt, et decantato Hymno Te Deum Laudamus, recitatisq Prosis et Orationibus Solitis factaq aspersione per Perillustrem et Rndissimum D. Commissarium et Presidem, idem Perillustris et Reverendissimus Commissarius locum ante Majus Altare paratum occupavit, cui Adm Rndus ac Relgsus Neo electus Prepositus Generalis Stanislaus Wolski Obedientiam Solitam prestitit. Iam vero dicto Adm Rndo ac Relgso Preposito Generali omnes Patres et Fratres dicti Ordinis, similem Solitam Obedientiam prestiterunt, et interim Electio reliquorum Officialium Preposito Generali et Definitoribus precommissa est, Actusq finiendi Capituli ad Diem 18vam Mensis et Anni currentis est limitatus.

Qua die Decima Octavâ Mensis et Anni currentis horis pomeridianis pro Concludens Capitulo condescendit Perillustris Rndissimus D. Commissarius in cuius presentia Preposito Generalis cum Definitore ac alijs P.P. Capitulariter assids. in Particulares Officiales elegerunt et quidem in. Magistrum Novitiorum et Confessarium Monialium.

Adm Rndum ac Relgsum P. Ferdinans Liers Defts. Edum Vice Prepositum Convent Cracovs

Adm Rndum ac Relgsum Ferdinans Liers Definst Edum Concionators et Sacristianum Cons Cracs.

Adm Rndum ac Relgsum P. Lucam Mierzwicki. Priorem Hosptis et Procuratorem Chorum.

Adm Rndum ac Relgsum Gasparum Bartoszewski. Vice Prepositum Sandomirs

Adm Rndum ac Relgsum Dominicum Oruchowski Vice Prepositum Calissiens

Adm Rndum ac Relgsum P. Michaelem Zulinski.

Ut vero statuto tempore Capitulum Generale juxta prescriptum Statutorum in futurum celebretur concordibus Votis Patrum Capitulariter assidentium conclusum ut futurum Capitulum Dominicâ Quartâ post Pentecosten in Anno Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Tertio indicatur, et celebretur. Habitâ vero ratione mutationis locorum et expensarum ea ex causa passarum, proventus omnes ex Anno currenti usq ad Dominicam Quartam post Pentecosten in Anno futuro 1750. venturam /: qua die Triennium ad ad predeterminatum futurum Capitulum inhoabitur:/ provenientes, intuitu Anni gratiae Prepositis Locorum ut potè Gnali Cracoviens, Sandoms, Calissiensi, Stavisins Biskupiens ad liberum arbitrium et dispositionem ita ut de Administratione eorundem non tenebuntur in futuro Capitulo dare rationes et Calculum unanimi consensu Patrum sunt Subjecti et applicati.

Quibus peractis facta exhortatione et admonitione Super observantia Religiosa et Charitate, acceptaq benedictione et aspersione Capitulum dictum Perillustris et Rndissimus Commissarius conclusit, Actaq presentia Manu propria Subscripsit et Sigillo suo munivit. Anno Die Mense quibus Supra.

Stanislaus Wolski Can. R. S. Spus de Saxia per utramq Poloniam Præpositus Generalis. mpp

Hyacinthus Pistkiewicz Dfr Provin. Rkl. Bzk

Ferdinandus Lier Canon. Regl. S. Spus de Saxia Definitor 2dg d Viceprpts mpp

Franciscus Węglarski Secretarius. O. S. Spus.

Acta Visitationis.

Visitatio Præpositure Sandomirien. Anno Domini 1750. Die vero 20 8bris Perillustris Rndissimus Dominus Stanislaus Wolski Præpositus Generalis Provinciæ Polonæ Canonicorum S. Spiritus de Saxia feliciter Regimina gerens ad visitandam prænominatam Præposituram Sandomirs. personaliter condescendit, meq pro Secretario P. Franciscum Węglarski assumpsit. quam Visitationem inchoavit a Domo Domini ubi Celebrato Missæ Sacrificio de Spiritu S. visitavit Species Eucharisticas cui omnes R.R. P.P. et Fris assistebant quas recentes adinvenit Ciborium vero non bene clausum reperit et mandavit ut reparetur. actandem rediens ad Sacristiam deposito Apparatu revisit Oleum pro Infirmis quod recens Anni Præsentis etiam in loco honesto depositum adinvenit. tandem processit ad visitationem Altarium omnium in quibus omnia bene disposita adinvenit præterquam in Altari Sub titulo S. Augustini quod commodius conservari ac adornari jussit. post hæc absoluta, condescendit ad locum Præposituralem ibiq jurisdictionem suam fundavit, in præsentia Congregatorum, per pulsum Campanæ. R.R. P.P. et habito prologuio Super hæc Verba: Qui odit animam suam in vitam æternam custodit eam. quo terminato. pro primo jussit comportare Inventarium Ecclesiæ R. P. Sacristæ.

x

in instantiq comportavit ac tandem Revisionem
Conventus Bonorum in ante factam reponi jussit
penes quam Simul et Regestra Perceptarum ac Expen
sarum comportata sunt Scrutinia vero et Comporta
tiones propter ad Diem 23 præsentis ob absentiam R.P.
Vicepræpositi Rndissimus D. Præpositus Gnalis dis
tulit. Tandem producta sunt per me Secretarium Acta Do
mestica Capituli Cracoviensis ex quibus lectum est puncta
Capituli illius sub Anno 1750. 14 Novembris latum
~~de rebus et peculio~~ post pie defunctum Perillustrem Adm
Rndum Provincialem antecedaneum prædecessorem per
Adm Rndum Patrem Liborium Brzezienski modernum
Præpositum Sandomiriens protunc Definitorem de rebus
ac peculio post fata Gnominati Perillustris Provincialis
dispersis personis Secularibus ac in vanum usum conversis
ad quæ illata promisit se Adm Rndus Præpositus justificare in loco
loci In hac ce Sessione Rndissimus D. Præpositus Generalis ad depo
nendum proprium tam Adm Rndis P.P. quam Fratribus diem
crastinam nempe 21. Aprilis assignavit ~~[illegible]~~ Calculatio
nem vero Secretarium cum Rndo Patre Concionatore ad Calculatio
nem Regestrorum deputavit. ac his peractis Sessionem limi
tavit. pro die Crastina.

Sessio 2da. In hac Sessione Perillustris Rndissimus Præpo
situs Gnalis. juxta hesternam dispositionem convocatis ad pul
sum Campanæ R.R. P.P. ac Fratribus proprium reddere man
davit ac in instanti: hocce quivis ex persona Sui reposuit. Rndis
simus vero Præpositus Gnalis cuivis manu Sua Subscripsit
ac ad usum concessit. Interim ad visitationem Cellarum pro
cessit. Sessionem vero in diem 24. distulit.

Sessio 3tia. Ad hanc Sessionem more Solito per pulsum Cam
panæ congregatis R.R. P.P. pro primo repositum est Inven
tarium Ecclesiæ Sacristiæ ac Sacrarij revisum per me Se
cretarium et Rndum P. Philippum in quo omnia in toto
reperiunt[ur] Ceterquam qd unum votum ex argenteria desit quod
Rndus P. Sacrarij Præfectus exquirere illud Se declaravit ac in
futura visitatione producere. Tandem Rndissimus Præpositus
Generalis ptermissis alijs pro futura Sessione condescendit
ad Scrutinia et Secundum antiquum morem inchoata sunt
a Minori nempe Fratre Remigio post quæ expedita
Sessionem in Crastinum limitavit.

Sessio 4ta. In qua post absoluta Scrutinia Rndissi
mus Præpositus Generalis ad expediendam Calculatio
nem Regestrorum uti Crescentiæ triturationis Perce
ptarum Expensarum me Secretarium ac Rndum P.
Dominicum Osuchowski Concionatorem Conventus eius
dem destinavit ac Simul revisionem Conventus
necnon Bonorum expedire commisit. Sub tempus
vero eiusdem Sessionis. comparuit Spectabilis Marti
nus Gorzkowski Consul Sandomiriensis. qui reposi
to obsequio Suo Rndissimo Præposito Gnali proposuit
Se velle pium opus Gnominatæ Ecclesiæ Sandomiri

ensi praestare pro Sacris absolvendis ac incontinenti flore-
nos Polonicales Mille dico 1000. Gnominatae Ecclesiae
Scripto manuali in Actis Sandomiriensibus Conventus No-
stri legavit. cuius Scripti tenor talis. Anno Domini 1750
Die 25ta Octobris Sub tempus Visitationis Perillustris Rndis-
simi Praepositi Generalis comparuit Spectabilis D. Martinus
Gorzkowski Consul Sandomiriens. qui gratis pro Deo ob-
tulit flor. 1000 pro Missis Octodecim in Anno Stan-
te vita pro se post Sera vero fata pro anima sua. et Uxo-
ris Franciscae cum hac tamen obligatione ut Missae pri-
mariae vocitatae hora 5ta punctualiter absolvantur. Census
vero ab hac Summa pro Festo S. Martini proveniens ex-
solvetur. per Septem a Centum Summam hanc Mille flor.
Polonicalium Gnominatus Spectabilis Martinus Gorz-
kowski Consul Sand. enumerabit et in Bonis mundis
locabit. interim hanc Summam in Bonis Suis inscri-
bit donec eam enumeret In Quorum fidem Se Solus
in Actis domesticis Conventus Sandomiriensis Subscri-
bit Anno Die quo Supra. quibus expeditis Sessio
Soluta.

Sessio 5ta. In moderna Sessione comportarunt Rndi
Revisores Revisionem Conventus et Bonorum nihil
novi Stante jurisdictione moderni Praepositi invene-
runt Sed omnia ut in ante Stante regimine anteacti
Perillustris Praepositi moderni vero Rndissimi Prae-
positi Generalis quae extructa aedificata. al. reparata
fuerant Solummodo extant. et haec decentiam loci
huius Praepositurae exhibent. In hacce Sessione pro-
ducta est per me Secretarium Calculatio Regestrorum
ti Crescentiae Triturationis Perceptarum et Expen-
sarum. non intrando ad Annum gratiae. ex quo Rndo
Praeposito loci juxta decisionem Capituli Generalis Provin-
cialis cessit Proventus pro Persona. Annus vero mo-
dernus 1750. a Die 14 Iulij. ad diem hodiernam in
continuatione Visitationis nempe 24 8bris importa-
vit Perceptarum flor. 1254. - 11 gr. 5. - - Sol: 1. Expen-
sarum vero a die 14 Iunij ad diem 24 8bris Anni
Superius Specificati erogatarum causavit flor. 1302 gr. 12
Superavitque Expensa Perceptam flor. 108 gr. 6. Sol. 2.
Crescentiae vero omnia Praedia Praepositurae huius in An-
num modernum intulerunt Sexagenas 1271. idque o-
mnis in communi grani et Seminis. ex quibus Extri-
turatae Sunt Sexagenae. 264. ex qua trituratione col-
lectio frumenti erant Modij 510 et ½ residuitas adex-
triturationem extant Sexagenae 1017. uti in Seorsivo
clarius extat Summario. In hacce Sessione Rndissimus
Praepositus Generalis proposuit causam certam cuiusdam
~~[illegible]~~ inconvenientiae per Adm Rndum Praepositum
loci et Rndum P. Concionatorem perpetratae. et haec.

illata adinterim verbaliter conclusa ad ulteriorem dilata conclusionem ne vero fiant pejora prioribus in loco illo haec ad observandum per Decretum Reformationis injunxit. Cuius tenor talis. Decretum Reformationis.

Pro Conventu Sandomiriensi Sub tempus Visitationis Latum.

Supremus Legislator Coeli dedit omnibus hominibus legem, ne illi qui Sine lege vivunt Sine lege pereant et Certum est quod per leges conservantur Status Regulares tuentur Communitates, Si vero Regulas ex dimidia tantum parte observamus dimidiati Religiosi Sumus. Recte inferre possumus qui observat leges naturae est perfectus homo, ergo etiam qui observat leges Ordinis est perfectus Religiosus, et Sicut non potest esse verus Christianus qui non in omnibus est fidelis, ita etiam non potest esse verus Religiosus, qui in omnibus non observat Regulas Regulae nostrae Sunt fundamenta, quae Si corruerint nobis etiam inevitabilem indicant casum. Patuit nobis in hac moderna Visitatione Conventu Sandomiriensis collapsum esse bonum Ordinem cui ruinae quantum possumus in Dno providere nostri muneris est ut ergo errata corrigamus, collapsa restauremus neglecta ad pristinum reducamus Statum Rndi Praepositi huiusloci Sub onere conscientiae ad reformationem Status Religiosi obligamus, ipsius Sequentia puncta ad executionem deducenda Sub poena privationis Officii demandamus.

1mo Ut a recto Religioni non devient. Capitula domestica Sepiora habeant in illoque Statuenda Statuant et quae Statuta fuerint Actis annotent.

2do Statuta Ordinis Singulis ferijs Sextis ad Mensam legi curet ad eandem mensam quotidie per Fratres Iuniores lectio fiat.

3tio Hora Canonicae consueta hora in Ecclesia absolvant Matutinum 9a hora Septima post Caenam horae Canonicae hora Sexta post Summam Missam Vesperae hijeme hora 2da Aestate hora 3tia.

4to Litaniae quotidie ad intentionem Provinciae exceptis diebus Festivis absolvantur.

5to Missa Smaria vocitata quotidie hora 5ta mane punctualiter absolvatur pro concursu vero populi tribus quadrantibus hora 5ta detur Signum cui Fratres inserviant.

6to Dispensator Sit Religiosus. Praepositus Hospitalis constituatur.

7mo Presbyteri Si quo habent necessitatem eundi Sine Socio non egrediantur.

8vo Faeminas cuiuscunque Status vel conditionis ad Cellas aut post Portam sub poena Excommunicationis non admittant.

9no Debita nullo modo contrahat Si quae contracta extiterint Conventus ad illa exsolvenda non tenebitur.

10mo Pueros minus necessarios a Patribus expediat.

11mo Recollectiones castato tempore omnes absolvant per Octo dies. Turrim aedificet Hospitale reparet

Plura observanda Statuta bene visa suggerent Interim hoc ordinat. A. D. 1750. Die vero 2da 8bris.

(L. S.)

Anno Dñi 1751. Die 31. Junij Visitatio Conventus Calisiens[is]
per Perillustrem Rndissimum Stanislaum Wolski Canon[icorum] Regular[ium]
S. Spiritus per utramq[ue] Poloniam necnon Ecclesiar[um] Parochialis S.
Crucis et S. Spus ad Cracoviam Praepositum Generalem et Visitatorem
Sub tempus regimen tenentis Ppositurae illius Adm. Rndi P. Ste-
phani Pisklewicz. qui Rndissimus Ppositus Generalis et Visitator
Visitationem Suam inchoavit a Domo Dei in qua 1mo absolvit Missae
Sacrificium infra quod Species Eucharisticas revisit quas die eo-
dem Sentis Consecratasq[ue] ad invenit. post Sacrificium vero absolutum
revisit Oleum Infirmorum quod etiam recens reperiit tandem
condescendit ad visitanda Altaria quae decenter juxta loci possi-
bilitatem exornata adinvenit. post haec expedita ad locum Prae-
positurae condescendit ibiq[ue] Emisso Sermone Super Evangelium
Ecce. ego mitto vos sicut Oves &c. quo finito Adm. Rndus Pps
loci interrogatus de Inventarijs Ecclesiae et Praedij quae Statim
reposita. Scrutinia pro hora tertia pomeridiana assignata
interim ad revisionem argenteriae Ecclesiasticae me Secretarium
designavit Sessionemq[ue] pro hora pomeridiana limitavit.

Sessio 2da In Sessione pomeridiana Perillustris Rndissimusq[ue]
Ppositus Gnalis Visitator condescendens ad Scrutinia et incon-
tinenti petiit informari de Proventibus Summis Capitalibus
Inscriptionibus Obligationibus quae omnia Illustris Praepositus
loci Secomportare promisit pro die crastina. nempe 1. July.
Deveniendo ad Scrutinia incusavit Illustris Praepositus ino-
bedientiam Fratrum praecipue Fratris Raphaelis Scandala
varia et inconvenientias perpetrantis. post haec praemissa.
Scrutinia absoluta, ac Sessio limitata pro die crastina.

Sessio 3tia nempe 1. July. In moderna Sessione Rndissimus
Ppositus Gnalis et Visitator requisivit Illustrem Praepositum
~~loci~~ de dote huius loci Erectione et dixit Se non habere ulla
munimenta per copias et Solum verbaliter informavit
q[uo]d Dos Conventus huius sit [talis] Praedium Tyniec vocitatum
Taberna cum libera propinatione Subditi in eodem
Praedio adinveniuntur Novem Decima ex Agris hauus
Praedij ad eundem Conventum Spectat et percipitur.
Tandem de Summis Capitalibus pro Obligationis absolven-
dis huic Ecclesiae applicatis informavit reperiri 9000
Millia Florenorum Polonicalium. Summas vero Ca-
pitales pro Hospli Florenorum 2430. Marcae 42.
In eodem Actu Sessionis Regestra producta tam Per-
ceptarum quam Expensarum. Sed quoniam necdum Segetes
divenditae. Illustris vero Praepositus de parata pecunia
Expensam pro Conventu Se Super erogare dixerit. ideo
ad futuram Visitationem omnia Regestra Suspen-
sa Sunt. Reliqua pro Sessione pomeridiana distulit
at limitavit Sessionem.

Sessio 4ta. In Sessione pomeridiana Reverendis-
simus Praepositus Generalis et Visitator, Scrutinijs
trutinatis in termino suae migrationis delinquentes
punivit merentes laudavit inobedientes ad Conven-
tum Cracoviensem pro residentia mutavit.

tandem Illustri Praeposito inhumanitatem Sub tempus Visitationis et artificiosas in postpositionem Superioris Inventiones explicuit, Sed has ob certos respectus Suos tollerando ~~...~~ recommendata prius charitate et promotione gloriae Dei omnibus valedixit. Decretum reformationis reliquit tenoris Sequentis post facta oratione in Ecclesia pro felici Successu Provinciae abscessit.

Decretum Reformationis.

Pro Conventu Calisiensi A: D: 1751. D. 1. Julij.

Leges conditae si non observantur nomen tantum legis non robur habent. Sed quoniam hic in hoc particulari Conventu Leges et Statuta Ordinis Nostri observatu Sunt impossibilia ideo haec tantum Illustri Praeposito recommendamus.

Ut Satisfiat obligationibus Ecclesiae. Sacrificium Missae quotidie absolvatur. In diebus Festivis Missae Summae vocitatae pro Benefactoribus ac Fundatoribus non intermittantur. Praefectus Ecclesiae constituatur qui ordinariae devotioni et pulsui pro Salutatione Angelica invigilet. Portae Conventus Hospitalis et aliae claudantur. Feminae ab obsequijs Conventus excludantur et ad residentias PP. et FF. non admittantur: in locum vero Matris familias aliquis vir Masculus ad eadem obsequia provideatur. Reparationem Ecclesiae, et Caetera judicio Illustris Praepositi quem res animose gesta. et novi parietes commendant relinquimus. Datum in Conventu Calisiensi Sub tempus Visitationis Anno Die ut Supra.

(L. S.) Visitatio Praepositurae Stawiszinensis.

Anno Dni 1751. Die 3tia Julij Condescendens pro Visitatione huius Praepositurae. Rndissimus Praepositus Generalis ac Visitator. quam in Summa reperit egestate ob desolationem per Antecedaneos Praepositos ubi condescendens ad Ecclesiam, Sacrumq absolvit infra quod visitavit Sanctissimum ubi Species consecratas Die 25 Julij juxta tabellae pro renovatione exposita adnotationem adinvenit. post haec Argenteriam et Supellectilem Ecclesiasticam vidit et revidit. Tandem quaesivit Illustrem Praepositum quas habeat Obligationes ad absolvendum qui informavit quod debeat duas in Hebdoma absolvere, post interrogatus Illustris Praepositus loci an habeat aliquas Summas Capitales pro Ecclesia inscriptas respondit nullas esse. Quo vero ad Dotem illius loci informavit quod sint Solummodo Campi ad hanc Praeposituram applicati ex quibus tenuem Sufficientiam Praepositus habere potest. in fundo hoc Subditus inventus unus. quibus expeditis Rndissimus Praepositus Generalis Visitationem Suam Correspondendo loci tenuitatem Visitationem Suam Commendata prius Illustri Praeposito Secundum posse reparatione quam Ecclesiae tam Praepositurae.) continuavit. ac ad bonum Ordinem Decretum Reformationis

reliquit tale

Decretum Reformationis pro Praepositura Staviscen[si]

Pauperi huic Praepositurae quod non possimus ad praesens Subveni-
re, his Punctis in reformando Si possumus eandem Sublevamus.
Melius enim locus iste perspicere poterit si etiam Rndus Posses-
sor Solus rem familiarem teneat Campos intenutam Seu potius
Arendam, Nulli ab hoc tempore mittat, Sed Solus inquiret:
Rei Oeconomicae et curet ut valeat. Libera propinatio ne cadat
Curet propinari in aliqua domo Lebetem etiam ad coquendum
Crematum Si possibile est procuret. Quo vero ad Divina stat-
imus ut quolibet die Festo Missa in propria Ecclesia pro Funda-
toribus et Benefactoribus non intermittatur, Et quoniam ex
ore Illustris Praepositi patuit, ad tres obligationes in hebdoma-
da teneri, eaedem obligationes non intermittantur pars alte-
ra Residentiae Praepositualis meliori dispositione reparet
quod totum dexteritati R. Praepositi commendamus Sperden-
tes ei etiam a nobis gratiarum actionem et a Provincia nostra
gratitudinem. In Quorum fidem manum nostram apponi-
mus et Sigillo parvo muniri facimus: A. D. 1751 die 4ta July

Visitatio Plebaniae Biscupiciensis.

Anno Domini 1752 die 2 Nona July Visitationem Suam Perilli-
stris Rndissimus Praepositus Gnalis et Visitator in Spectandi loci Bi-
scupicensis regimen manutenentis etiam Rndu Hijacinthus Sie-
klewicz Definitorem Provinciae, quam principaliter inchoavit
a dotro Dei Sacrum coram Magno Altari absolvit infra quod
Sanctissimum Visitavit. post Sacrum vero absolutum conde-
scendit ad Visitationem Fontis Oleorum Sacrorum Altarium
post quae expedita rediit ad Domum Plebanatus ubi praemisso
Sermone ex Evangelio Festi hodierni Super haec verba Qui vult
venire post me quo finito Illustris Rndus Rector Ecclesiae huius
reposuit Erectionem loci quae conservatur in Archivo Conven- in Hebdomada
tus Gnalis Cracoviensis Idem Informavit de Obligationibus 2 bat
in Dominicis vero et diebus Festivis Summum Sacrum qd debe-
at absolvi pro Fun. Benefactoribus. post producti Sunt Libri
Metrices Baptisatorum Copulatorum et demortuorum e
quibus perspectis Rndissimus Praepositus Gnalis Visitator
eosdem Subscripsit. post quae expedita condescendit ad
Scrutinia interim Sessionem limitavit.

Sessio 2da. In qua Rndissimus Praepositus Gnalis Visitator
post expedita Scrutinia ad Revisionem Argenteriae Supelle-
ctilis Ecclesiasticae condescendit tum etiam Inventaria
tam Ecclesiae quam Domus Plebanalis Sibi reponi jussit
quibus confrontatis visis ac revisis manu sua Subscri-
psit. et Sessionem pro die Crastina limitavit.

Sessio 3tia 29 July. In continuatione Visitationis
Rndissimus Praepositus Generalis et Visitator ante-
quam valedixit Illustri Rectori loci. prius Rndum
Vicarium inobedientem Suo Rectori ac alia indecentia
perpetrantem poenis arbitrariis punivit ac in instan-
ti eidem Obedientiam transferendi Se Cracoviam
dedit. post Decretum reformationis loco huic reliquit
et in reliquo Illustrem Rectorem loci valedixit.

Decretum Reformationis pro Plebania Biscupicen[sis]
Moderna Visitatio testatur Illustrem Rndum Hyacin-
thum Pitkewicz, Rectorem Ecclesiæ Biscupicensis, invenisse
irreprehensibilem, et domui Suæ bene præpositum, ita ut non
Solum domestici, Sed etiam illi qui foris Sunt, nihil mali habu-
erunt dicere de illo ut vero et RR. Vicarij manentes penes hanc
Ecclesiam eadem Sequantur vestigia, hæc illis observanda commit-
timus.
1mo Ut de Ecclesia hac verificetur illud quod Sit Domus Dei et
Domus Orationis, Missa quotidie celebretur.
2do Doctrina Christiana Seu Catechismus quolibet die Dominico
in die autem Festo Concio ad populum prædicetur.
3tio RR. Vicarij nunc et pro tempore existentes nullibi egredi-
antur Sine licentia Rectoris loci, nec ita a domo causa
recreationis recedant quin non Sint in oculis.
4to Curam animarum Sine omni mora et molestia custodi-
ant Subditos Parochiales per Villas in Suis quæstibus quæ
vulgo Petycye vocantur non gravent.
5to Fæminas cujuscunq Conditionis ad residentiam non ad-
mittant, ad domum Organarij et familiam Domesticam
non se intrudant. et Confraternitate. pro Suis laboribus in
Festis Beatissimæ. Solutionem non extorquant, Si autem
illis quid oblatum fuerit Sciant Se hæc gratis pro Deo
non ex debito percepisse, Ut autem hæc Confraternitas
cum honore Beatissimæ vigeat attendentia Illustri Re-
ctori loci, tum etiam Reparatio tectorum, evictio Sum-
marum ad eandem Ecclesiam Spectantium, ac conscriptio
Inventarij domestici Ecclesiastici tum etiam Biblioteca
committitur quæ Si fecerit meritum coram Deo et grati-
tudinem a Religione Se speret recepturum In quorum fi-
dem manum nostram apponimus Anno D. 1751. Die
29. Julij.
Anno Dni 1754. 15 8bris Facta est Visitatio Conventus
Sandomiriensis quam Rndissimus Pptq Generalis post exau-
ditam Missam inchoavit, Sanctissimum visitavit Eccle-
siam in fenestris desolatam vidit item redeundo ad resi-
dentiam Præposituralem Olea Sacra et Apparatus re-
vidit, Tandem ut quantocius terminaretur Actus Visi-
tationis in Sessione non dividendo eundem Actum
a RR. PP. de statu loci Se informavit, Scrutinia ab-
solvit in quibus quia compertus Adm Rndus Ppts
delinquens debita etiam plus ad decem millia comperta
decreto Reformationis Cgli illi ad exequendum relictu
Sub pæna privationis Officij. Nulla Satisfactio de tan-
dem quia etiam ad Illustrissimu Commissarium in
præmissis delatus est consuluit Adm Rndo Præposito Rndis-
simus Ppositq Gnalis. ut Se ad excusandum coram Illu-
strissimo Commissario conferat Cracoviam, cum integra
Spe retro redeundi. cui consilio libenter pariat Adm Rndus
Ppositq. et alacriter Se contulit Cracoviam alij qui peccave-
runt pænitentiam egerunt Sub tempus vero itineris Adm
Rndi Ppti cura loci commissa est Rndo P. Vice Pposito
et finita Visitatio.

Actum in Loco Capitulari Conventus Craco
viensis Ordinis Canonicorum Regularium
S. Spiritus de Saxia Anno Domini 1753
Die Lunæ Nona Mensis Julij.

Capitulum Generale.

Perillustris et Reverendissimus Dominus Josephus Lubaszkiewicz
S. Th. Doctor Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Canonicus
Parochialis in Cerekiew Præpositus, per speciale Instrumentum
sub Datt in Itza Die Nona Junij Anni currentis a Celsissimo
Principe Illustrissimo et Reverendissimo Dno Andrea
Stanislao Kostka Comite in Załuskie Załuski Dei
et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Cracoviensi,
Duce Severiæ ad præsidendum in Capitulo præsenti
specialiter deputatus Commissarius et Præsidens adhærendo
supra expresso Instrumento Deputationis suæ de spe=
ciali assensu ejusdem Illustrissimi et Reverendissimi Loci
Ordinarij Cracovien. per Literas Innotescentiales sub
Nne et Sigillo suis editas, ac via cursoria ut moris est
per Conventus ac alia loca particularia intimatas, pro
die superius expressa, videlicet Die Lunæ Nona Mensis
et Anni currentium convocavit, ac adveniente die su=
perius expressa, qua die juxta Statuta Ordinis Canonico
rum Regularium S. Spiritus de Saxia Capitulum Genera
le inchoari, ac successive terminari consuevit. Descendenti
ti dicto Perillustri et Reverendissimo Domino Commissa=
rio et Præsidi Conventum Cracoviensem, Præpositus Genera
lis una cum Definitoribus, ac alijs Canonicis sæpedicti Ordi
nis Rochettis et Mucetis ornati, elevata Cruce ad Porticum
Ecclesiæ Hospitalis S. Spiritus Cracoviæ obviam exiverunt,
eundem ad Ecclesiam Hospitalarem ante majus Altare in
troduxerunt, absolutoque Missæ Sacrificio de Spiritu San
cto per Rdissimum Stanislaum Wolski Præpositum Genera
lem ante majus Altare, eundem Perillustrem et Reverendis
simum Dominum Commissarium et Præsidem elevata ut
supra Cruce ad locum Capitularem deduxerunt, quem

disertissimo ore elevanti sermone in laudem sepefati Perillu-
stris et Reverendissimi Domini Commissarij Admdū Rendus
ac Religiosus Pater Dominicus Osuchowski Canonicus se-
pefati Ordinis Nomine totius Capituli salutavit. Ea
finita Salutatione Perillustris et Reverendissimus Dñus
Commissarius prælibatus, recitato Hymno de Spiritu
Sancto in loco Capituli pro Præsidente assidens, præmis-
so pariter concinno sermone in laudem congregatorum
Patrum, comendando in eligendo futuro Novo Præposito
Generali ac alijs Præpositis pacem concordiam et unione
Literas Instrumenti suæ Deligationis mihi Notario Apo-
stolico ad perlegendum tradidit, quibꝫ Literis per me No-
tarium Apostolicum infrascriptum clara et intelligibili
voce perlectis Jurisdictionem Suam Commissorialem De-
legatam fundavit, et instantibꝫ Patribꝫ de assumendo
extraneo Secretario me Carolum Josephum Jawoski Publi-
cum Lᵗ Authoritate Apostolica Notarium Sᵃ Rᵉ Mttis
Secretarium ad Conscribendum Actum præsentis Capituli
non præjudicando quidquam Statutis hujus Ordinis de
eligendo ex Gremio Patrum Secretario sancitis de unani-
mi Rendorum ac Religiosorum Patrum pro Capitulo assi-
dentium consensu, in Secretarium assumpsit, Resignatis
non Præpositurarum et quidem Generalis Cracovien:, Sando-
mirien, Kalissien, Bishupicen. Stavisien, ac aliorū Offi-
cialium per repositionem in mensa Capitulari Sigillorum
per Admdū Rendos ac Religiosos Patres Canonicos pro
Capitulo assidentes, verbaliter ut moris est, factas, tum
et excusationes Admdū Rendorum ac Religiosum Stepha-
ni Siklewicz Calissien, et Gasparis Bartoszewski Stavisien,
Præpositorum, in Literis ad Dictum Perillustrem et Rendissi-
mum Dominū Commissarium directis, ac per me Secretarium
clara voce lectis, exaratas, qui pro Capitulo ob suas rationes
in dictis literis expressas condescendere non potuerunt,
pro legalibus et veris pariter de consensu Admdū Rendorū
ac Religiosorum Patrum pro Capitulo assidentium admisit,
in Regentem Conventus Cracovien, ne tantisper suo Rectore
careat, prointerim Rdsmū Stanislaum Walski immediatum

Præpositum Generalem Constituit. Proprietarios qui plus ultra Concessam in Anteriori immediato Capitulo facultate tam de peculio quam de rebus conservare sine licentia sui Superioris attentaverint Censuris, excommunicationis innodavit, in eosdem Excommunicationem protulit, et quatenus proprium in secretis schedis quidquid habent sive in debitis passivis, sive in deposito apud alios tam domesticos quam extraneos, sive in numerata pecunia vestibus et alia supellectili conscriptum et specificatum pro Feria 4ta alias pro Die Mercurij 22. Mensis et Anni currentium porrigant, reddant, et denuntient, præcepit, pro interim tamen usque ad conclusionem Capituli prædicti usum liberum eorundem iisdem Patribus permisit, pro Calculatoribus et quidem ad Præposituram Cracovien. Admodum Rndos ac Religiosos Patres Ferdinandum Stern immediatum Definitorem 2dum, et Erminoldum Babczenski. Ad Sandomiriensem Admodum Rndos ac Religiosos Patres Hyacinthum Pishtewicz immediatum Definitorem 3um et Bonifacium Mikolski deputavit. Calculationem vero de Proventibus Præposituræ Calissien. ob absentiam Admodum Rndi ac Religiosi Patris Stephani Pishtewicz immediati Præpositi Calissien. ex Causa non integralis convalescentiæ ac perfectæ Sanitatis pro Capitulo condescendere non volentis ad futuram Visitationem Rndmi Præpositi Generalis, per dictum Admodum Rndum ac Religiosum Patrem Stephanum Pishtewicz, sub pœna privationis vocis Activæ et passivæ, et inhabilitatis ad alia Officia, Suspensionisque a divinis ipso facto incurrendæ, coram dicto Rssimo Præposito Generali faciendam suspendit et reservavit.

Quo vero attinet Beneficia Bislupicen: et Stawiszyn: quoniam Rectores eorundem Beneficiorum a præstanda dicta Calculatione per Decreta Anteriorum Capitulorum ob exiguitatem proventus sint liberi, ideo eosdem pariter et in præsenti Capitulo a facienda Calculatione liberos pronuntiavit.

In Oppositorem relicto tamen Iure cuyq opponendi ex officio Admodum Rendum ac Religiosum Patrem Lucam Mierzwicki deputavit. Revisores Ecclesiarum, Conventuu, Bonoru, ac aliorum Locorum per Admdu Rendos ac Religiosos Patres Revisores ut moris est, ante Capitulum Generale expeditas, ac in Mensa Capitulari per eosdem repositas, recepit, et resigillavit, resigillatas ad perlegendu mihi Secretario tradidit quibus intelligibili voce perlectis, quoniam ex ijsdem patet Status melior non deterior Bonorum et Respective in Præpositura Cracoviensi tam in Ecclesia quam in Ædificijs Rendissimu modernu Regentem pro illo tempore Generalem et Conver: Crac. Præpositum multa reparasse, post conflagrationem vero hollodiorum cu frumentis, Granarij ac aliorum Ædificiorum in Villa Wrozin nova hollodia granarium ac alia Ædificia in Revisione Specificata, tum et post conflagrationē Tabernæ in dicta Villa Wrozin Sumptu non modico de novo per Antecessorem Ædificatæ, iterum aliam Novam Tabernam prædo cum Ædificijs commodis ædificasse construxisse Crethones tum in Villa Wrozin, quam in Villa Mota de novo extructis Casis pro Mansione, provisaq Inventario Domestico et agrario, subministratisq equis, bobus, et alijs necessarijs de Novo locasse, aliaq in Majorem decorem et Ornamentum Ecclesiarum Cracovien: Commoditatem et utilitatem Conventus in dicta Revisione descripta comparasse deduxit, proinde curam et Sollicitudinem Suprascripti Reverendissimi Wolski tam in Regimine Regularis Observantiæ et Modestiæ Spiritualis, quam exempliter ad normam aliarum Religionum observatam fuisse adinvenit, adhibitam laudavit, approbavit, et quatenus in eadem Statu et Gubernio quod ad præsens reperit Bona conservant, quinimo quo ad alias Præposituras utpote Sandomiriensem Kalisiensem Bishupiensē et Miedzirzecensem

ad meliorem Statum reducant et reaedificiant mandavit alias futuro Reverendissimo Praeposito Generali quidquid ipse in Visitatione Conventuum et aliorum locorum de novo aedificavit, desolata reparavit, statuerit et decreverit, Jus praeservavit et Seriam attendentiam praecommisit, factaque seria investigatione numquis contra quem querelam habeat, vel quem sciat Canonico impedimento irretitum, ac de Gremio Capituli excludendum. Quoniam Admodum Rendi ac Religiosi Patres Capitulariter assidentes Fraterno amore adinvicem prosequi et nihil unus ad alium habere clara voce recognoverunt, Diem futurae Electionis Praepositi Generalis Definitorum ac aliorum Officialium Mercurij Undecimam Mensis et Anni currentium praedeterminavit, ac Sessionem praesentem ad eundem Diem pro hora nona matutina limitavit. Advenente Die Mercurij 11. Mensis et Anni currentis Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius et Praesidens supra nominatus terminum futurae Electionis ex ratione excitati tumultus in Urbe Cracovia ad diem crastinam videlicet diem Jovis duodecimam Mensis et Anni currentium prorogavit, quae prorogatio Capitulariter Patribus per me Secretarium intimata.

Ex prorogatione.

Prudente tamen die Jovis Duodecima Mensis et Anni currentium Idem Perillustris et Rendissimus Dominus Commissarius et Praesidens ad Conven: Cracovien: hora Nona Matutina condescendit, cui obviam Canonici dicti Ordinis S. Spiritus ante Porticum Ecclesiae Hospitalis Rochettis et Mucetis ornati exiverunt, ac eundem ante majus Altare introduxerunt, absolutoque pariter Missae Sacrificio de Spiritu Sancto per supra scriptum Rendissimum Stanislaum Wolski Regentem Conven: Crac:

Elevata Cruce suprascripti Ordinis Canonici et supra Rochettis et Mucetis Ornati ad locum Capitularem eundem Perillustrem et Rendissimum Dnū Commissarium et Praesidem deduxerunt, Qui Perillustris et Rendissimus Dnus Commissarius supra Nominatus recitato Hymno de Spiritu Sancto Locum Praesidentis occupavit, revisisq Schedis propriorum quas omnes et Singuli ad manus sepenominati Perillustris et Rendissimi Dni Commissarij et Praesidentis porrexerunt, easdem manu sua subscripsit et permissa facultate usus proprij cuiq Canonico Ordinis S. Spiritus easq Schedas cuiq ad manus proprias reddidit et ne expressa in Schedis alienent, attendentiam futuro Reverendissimo Praeposito Generali commisit.

Interogatus autem Admdū Rendus ac Religiosus Pater Lucas Mirzwicki Deputatus Oppositor utrum habeat aliquid ad opponendum, retulit se nihil habere Interogati itidem Admdū Rendi Patres Canonici pro Capitulo assidentes utrum unus ad alium habeat aliquid, similiter responderunt se nihil habere. Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius et Praesidens albe memoratus laudavit charitatem, inter Canonicos observatam, eandemq ac pacem servandam Ipsis comendavit. Calculatores tandem Praepositurae Crac. supra nominati ut-pote Admdum Reverendi ac Religiosi Patres Ferdinandus Liers, et Erminold Babczenski retulerunt Reverendissimum Stanislaum Wolski modernū Regentem immediatum Praepositum Generalem et S. Crucis Cracovia ultra perceptam commonem pro reddificatione Kollodiorum, Tabernarum, ac aliorum Reparatorum in revisione Praepositurae Cracoviensis, descriptorum Summam de proprio Quatuor Millium Trecentorū undecim Florenorum Polonicalium erogavisse, pro cujus bonificatione suprascriptus Reverendissimus Stanislaus Wolski modernus Regens institit. Et Perillus. et Rendissimus Dnus Commissarius et Praesidens sepefatus revisis Regestris ut supra per Calculatores calculatis,

prdvio unanimi consensu Patrum pro Capitulo assidentium dictam Calculationem per Deputatos Calculatores expeditam approbavit, eundem de Administratione Bonorum quietavit, et Bonificationem Summæ Quatuor Millium Trecentorum Undecim flor: Polonic ex Proventibus futuris reservavit. Quo vero spectat Calculationem Regestrorum Præpositurd Sandomirien:; quoniam Admodum Rendus ac Religiosus Pater Franciscus Węglarski qua Administrator ejusdem Præpositurd Sandomirien: bonificationem suam Quingentorum flor: Pol: et ultra pro reparatione erogatæ prætendit, cui Bonificatio ne per Patres pro Capitulo assidentes controvertatur, ideo investigationem reparatorum circa Visitationem futuro Reverendissimo Præposito Generali faciendam commisit, et quatenus Calculationem coram eodem Præposito Generali dictus Admdū Rndus ac Religiosus Pater Franciscus Węglarski expediat, Reverendissimus vero futurus Præpositus Generalis si realiter Summam Quingentorum flor: pro reparatione fuisse erogatā cognoverit Bonificationem ex futuris Proventibus demandet, iniunxit. Lectoq Cathalogo Patrum Canonicorum pro Capitulo assidentium votantium, utrum omnes sint vocis Activæ et passivæ interogati, inter quos duo nempe Rndus ac Religiosus Pater Dominicus et Rndus ac Religiosus Pater Adrianus vocis Activæ duntaxat fuisse adinventi, quos et alios omnes pro Capitulo assidentes, facta Confessione Generali Perillustris et Rndissimus Dominus Commissarius et Præsidens a quibusvis Excommunicationis et Interdicti Sententiis Censuris et pœnis ad effectum duntaxat futuræ Electionis absolvit et rehabilitavit. Et inhærendo Statutis circa Electionem Provincialis observari solitis Nominantibus Singulis Patribus Capitulariter assidentibus in Scrutatores duo sunt Electi nempe Admdū Rndi ac Religiosi

Patres Hyacinthus Pisklewicz, et Ferdinandus Liers qui Schedas iuxta praescriptum Statutorum conscriptas cuilibet votantium praeciso tamen Nomine proprio cuilibet votantis distribuerunt turnatimq iuxta sennium praevio Iuramento in Statutis Perscripto. Vota ad unum Calicem pro Elegendo Novo Praeposito Generali per Patres Capitulares votantes, imposita, ad quarum revisionem deventum et Ante Omnia Vota, ne numerum votantium excedant, per Perillustrem et Rendissimum Commissarium et Praesidem advertentibus Scrutatoribus sunt numerata ex quibq habuerunt vota pro Praeposito Generali Conventus Cracoviensis ac S. Crucis.

Rendissimus ac Religq. Pater Stanislaus Wolski - - 9.
Admdu Rendus ac Religq. Pater Hyacinthus Pisklewicz - 1.
Admdu Rendus ac Religq. Pater Ferdinandus Liers - 1.
Admdu Rendus ac Religq. Pater Liborius Brzezinski - 1.

Quoniam ex revisis Votis pro Reverendissimo Dno Stanislao Wolski Vota numerum mediae partis Eligentium superarunt a Perillustri et Rendissimo Dno Commissario et Praeside exploratum fuit trina vice, Utrum Patres pro Capitulo Assidentes Electionem pro Canonica et Legitima habeant, qui unanimi Consensu Canonicam et Legitimam Electionem agnoverunt, et juxta formam in Statutis praescriptam Perillustris et Rendissimus Dnq Commissarius et Praeses Nomine Suo et Nomine Omnium Eligentium alta voce Elegit, et Denuntiavit in Praepositum Generalem Provinciae et hujus Conventq Cracoviq. Reverendissimum Dominum Stanislaum Wolski, qui ad Sinistram Rendissimi Praesidentis locum occupavit.

Tandem modo suprascripto per distributionem Schedularum deventum ad electionem Definitorum et habuerunt vota.

Admdu Rendq ac Relig. P. Hyacinthus Pisklewicz - - - 2.
Admdu Rendq ac Relig. P. Ferdinandq Liers - - - 6.
Admdu Rendq ac Relig. P. Bonifacius Mikolski - - - 1.
Admdu Rendq ac Relig. P. Franciscus Węglarski - - - 3.
Admdu Rdus ac Relig. P. Liborius Brzezinski - - - 2.
Admdu Rdus ac Relig. P. Michael Zulinski - - - 3.
Admdu Rdus ac Relig. P. Lucas Mierzwicki - - - 3.
Admdu Rendus ac Religq. P. Erminoldus Baczenski - 1.
Admdu Rendus ac Religiosus Matthaeus Lichonski - - 1.

Attenta pluralitate Votorum pro Admdũ Rendo Patre Ferdinando Liers idem pro Imo Definitore renuntiatus est. Pro 2do Admdum Rendus ac Religiosus Pater Liborius Brzezinski Vota 4 habens. cui addidit Perillustris et Rendissimus Dominus Vota sua duo, quibus finitis instituta processio ad Templum et decantato Hymno Te Deũ laudamus ac recitatisq suffragijs ac Orationibus a Reverendissimo Præsidente Electo Præposito ante Altare majus, in loco parato sedenti Omnes Patres Canonici et Singuli Fratres genibus flexis, Osculatisq ejus manibus, Obedientiam reddiderunt, qua expleta Electio Præpositorum ad horam 2dam pomeridianam est limitata.

Descendente hora 2da post Meridiem ad locum Capitularem Perillustri et Rendissimo Dnõ Commissario et Præsidente, dispartitæ sunt Schedulæ in Ordine ad Eligendũ Præpositũ Sandomiriensem et habuerunt Vota.

Admdũ Rendus ac Religs. P. Ferdinandus Liers - - 2.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Franciscus Węglarski - - 3.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Michael Zulinski - - 2.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Lucas Mirzwinski - - 4.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Matthæus Lichonski - - 1.

Perillustris et Rendissimus Dominus Commissarius et Præsidens Admdum Rendo Patri Michaeli Zulinski addidit Vota duo, sed quoniam paritas Votorum inter Admdũ Rendos ac Religiosos Patres Michaelem et Lucam intercessit, ideo ad secundum Scrutinium deventum In quo Secundo Scrutinio habuerunt vota.

Admdũ Rendus ac Religs. P. Bonifacius Mikulski - - 2.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Liborius Brzezinski - - 2.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Franciscus Węglarski - - 2.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Michael Zulinski - - 1.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Lucas Mirzwinski - - 3.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Erminold Babczenski - - 1.
Admdũ Rendus ac Religs. P. Matthæus Lichonski - - 1.

Sed quoniam ex 2do Scrutinio Canonica Electio non successit ideo ad 3tiũ Scrutinium licet in Statutis habeat expressam

facultatem post secundum Scrutinium Perillustris et Rendissimus Commissarius et Praesidens propria Authoritate imponer qvem magis idoneum judicaverit, de benignitate ejusdem Perillustris et Rendissimi Domini Commissarij processum in quo habuerunt vota.
Admdū Rendus ac Religs. P. Franciscus Węglarski - 6.
Admdū Rendus ac Religiosus P. Liberius Brzezinski - 1.
Admdū Rendus ac Religs. P. Lucas Mirzwicki - 5.
Perillustris et Rendissimus Commissarius et Praesidens attenta pluralitate vocum pro Admdum Rendo ac Religioso Patre Francisco Węglarski ejdem addidit vota sua duo, qui in Praepositum Sandomiriensem uti votis 8 praevalens Electus est.

Kalisiensi. Habuerunt Vota

Admdū Rendus ac Religs. P. Ferdinandus Liers - - 1.
Admdū Rendus ac Religs. P. Hyacinthus Pisklewicz - 6.
Admdū Rendus ac Religs. P. Bonifacius Mikulski - 1.
Admdū Rendus ac Religs. P. Michael Zulinski - 2.
Admdū Rendus ac Religs. P. Lucas Mirzwicki - - 1.
Admdū Rendus ac Religs. Matthaeus Lichorski - 1.
Addita sunt vota duo per Perillustrem et Rendissimum Dnum Commissariū favore Admdū Rendi ac Religiosi Patris Hyacynthi Pisklewicz, qui in Praepositum Calisiensem Electus est

Pro Rectore Bisbupiensi Habuerunt Vota

Admdū Rendus ac Religs. P. Ferdinandus Liers - 1.
Admdū Rendus ac Religs. P. Liborius Brzezinski - 1.
Admdū Rendus ac Religs. Pus Michael Zulinski - 2.
Admdū Rendus ac Religs. P. Lucas Mirzwicki - 7.
Admdū Rendus ac Religs. P. Erminoldus Babczinski - 1.
Attentis votis septem in Rectorem Bisbupiensem Electus est Admdum Rendus ac Religs. P. Lucas Mirzwicki.

Pro Rectore Stawiszynensi Habuerunt Vota

Admdū Rendus ac Religs. P. Gaspar Bartoszeski - - 10.
Admdū Rendus ac Religs. P. Michael Zulinski - - 1
Admdū Rendus ac Relig. P. Erminoldus Babczinski - - 1.

Itaq attenta pluralitate vocum in Rectorem Sztawisiensem Electus est Admodum Rendus ac Religiosus Pater Gaspar Bartoszewski. Tandem processum est ad Electionem aliorum Officialium et Electi sunt. In

Vice Praepositum Convent: Crac: et Sacristianum

Admodum Rendus ac Relig: P. Ferdinandus Liers Definitor Ang:

Magister Novitiorum

Admodu Rendus ac Relig: P. Liborius Brzezinski Definitor Ady

Concionatorem Conv: Crac:

Admodu Rendus ac Relig: P. Dominicus Osuchowski.

Priorem Hospitalis S. Spiritus seu Hospitalarium

Admodum Rendus ac Relig: P. Erminoldus Babczenski

Procuratorem Causarum

Admodu Rendus ac Relig: P. Matthaeus Lichonski.

Procurator Conventus Cracovien: ac Bonoru juxta Statuta Ordinis per electus, si quidem ob eximiam et Solertem Administratione dictorum Bonorum praeterito lapso triegennio Rendissimi Praepositi Generalis de unanimi Consensu Patrum Capitulariter assidentium Administratio eorundem Bonorum ad fideles manus eum plena potestate Proventus recipiendi ijsdem juxta arbitrium suum disponendi ejdem Rendissimo Stanislao Wolski Praeposito Generali est Commissa.

In Vice Praepositum Sandomiriensem Concionatorem et Promotorem Confraternitatis Sacratissimi Scapullaris Electus.

Admodu Rendus ac Relig: P. Bonifacius Mikulski

Reliquorum Officialium Constitutio et dispositio Religiosorum Rendissimo Praeposito Generali est Reservata.

Quibus peractis facta Exortatione et Admonitione super observantia Religiosa, et charitate pacis ad invicem Servanda impertitaq benedictione et Aspersione Patribus Capitulariter assidentibus Perillustris et Rendissimus Commissarius et Praesidens alte memoratus Capitulum Conclusit Actaq Praesentia manu propria subscripsit et Sigillo suo

munivit Anno Die Mense quibus supra Cuj Admodũ Rendus ac Religiosus Pater Dominicus Osuchowski Capitulariter eleganti Sermone pro Suscepto labore in Praesidentia Capituli Nomine totius Capituli gratias egit

Stanislaus Wolski
Ord. S. Spus Gnalis
mpp

Ferdinandus Liers C.R.S.S.D.S.
Definitor primus mpp

Liborius Brzezinski
C R S Spus Definitor 2dus
mpp

Eminoldus Bobrowski Secretarius
Provincia mpp

4

Actum in loco Capitulari Ordinis Canonicorũ Regularium S. Spiritus de Saxia Conventus Cracoviensis Die Sabathi Prima Mensis Septembris Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo tertio.

Celebratum fuit Capitulum per Patres Canonicos Ordinis S. Spiritus de Saxia ad Sonum Campanae Capitulariter congregatos, in ordine ad Consulendum bono communi et Regimini dicti Conventus et inter alias Cathegorias de unanimi Nostrum pro Capitulo assidentium Voto, et assensu de Perpetuitate Praepositi Reopetui Generalis Ordinis nostri in hunc qui sequitur modum sancivimus. Quia Nos pro Capitulo Assidentes utpote Admodum Rndi ac Religiosi P.P. Ferdinandus Liers Definitor Primus, Liborius Brzezinski Definitor Secundus, Dominicus Osuchowski

Concionator Ordinarius, Ermmodus Babczenski Praepositus Nosocomij, seu Hospitalarius, Matthaeus Lichorski Procurator Conventus, et Adrianus Kulczynski, tum et alij Canonici infra Scripti S. Spiritus de Saxia, prospiciendo bono Regimini Ordinis Nostri, et attendentes curam sollicitudinem et laudabile gubernium moderni Reverendissimi Patris Stanislai Moszki Praepositi Generalis, pro Secundo Trigenio concordibus votis Electi et Confirmati, tam in regendo Ordine Nostro, quam in Administratione Bonorum Conventus Cracoviensis, volentesq ut in eodem Statu Charitas Faterna, et Regularis observantia, quibus ad praesens haec Religio floret, magis ac magis vigeat, ac Bona Ordinis Nostri conserventur inhaerendo Statutis Antiquioribus Ordinis Nostri, et quidem Puncto 8vo sic obloquentibus Electum pro Praeposito ex Gremio Nostro S. Spiritus, toto tempore vitae illius in officio conservare volumus. Item dispositioni Juris in Concill Trid Sessid 25. Capi 8vo de Regularibus. Item Institutionibus Illustrissimorum Loci Ordinariorum utpote de Annis 1544to 1552do 1614. quae aperte explicant Praepositos Cracovienses fuisse usq ad mortem in Officio suo conservatos. Item praxi in hac Religione tam anteactis Annis, quam nostra memoria uti Anno 1733. non adeo obsoleta monstrat. in Persona Admodum Rendi P. Joannis Wieckiewicz, cujus imago loquit Joannes Więckiewicz ad Vitae tempora ad Viginti tres Annos Praepositus Item usus aliarum Religionum utpote Canonicorum

SS. Sepulchri Hierosolimitani Xti Domini et Lateranense se conformando Statuimus, convenire petitis nostris Reverendissimum Stanislaum Wolski moderum Praepositum Generalem, cujus fidem et Integritatem circa bonum Commune novimus, quatenus Regimen et Gubernium Ordinis Nri quod pro secundo Triennio suscepit, hoc usq ad vitae suae tempora retineat, pro cujus Perpetuitatis obtinendo effectu de Gremio Nostro Admodum Reverendos ac Religiosos Patres Ferdinandum Liers Definitorem primum, et Matthaeum Lichonski Procuratorem Conventus Cracoviensis ad Celsissimum Principem Episcopum Cracoviensem, uti Protectorem Ordinis nostri, vigore Bullae SSmi Domini Nostri Papae feliciter regnantis Benedicti ejus Nominis XIV. emanatae deputavimus, prout deputamus, et in majorem fidem, Actum praesentem manibus nostris subscribimus, Actum et Datum Anno et Die quibus ut supra

Ferdinandus Liers Ord: Canon: Reg: S. Spiritus de Saxia Definitor primus mpp

Liborius Brzezinski Ord: Canon: Regul: S Spiritus de Saxia Definitor Secundus. mpp

Dominicus Osuchowski Ejusdem Ord: S. Spiritus Concionator Ordinarius mpp

Epiminadus Babczenski Ord: Can: Reg: S. Spiritus de Saxia Praepositus Nosocomij. mpp

Adrianus Matczynski Can: Reg: S. Spiritus de Saxia

Matthaeus Lichonski Ord: Can: Reg: Spiritus de Saxia Conventus Cracoviensis Procurator.

Felicianus Wichauzer Can: Reg: S. Spiritus de Saxia

Nicolaus Krawer Can: Reg: S. Spiritus de Saxia

Thomas Kutkowski Can: Reg: S. Spiritus de Saxia

Vincentius Szczepkowski Can: Reg. S. Spiritus de Saxia
Teodorus Iwelski Can: Reg. S. Spiritus de Saxia
Iosaphat Mystowski Can: Reg. S. Spiritus de Saxia
Et qui s. Ego (L.S.) Carolus Iosephus Nicolai Zamoyski S. R. Mttis Secretarius Publicus S. Authte Aplica Diecesis Cracoviensis Notarius circa praemissa praesens et personaliter interfui connotationes seu subscriptiones Patrum inspexi, ideo in fidem me cum appositione signi Notariatus mei subscribo, et qd Patres pro Capitulo assidentes in perpetuitatem unanimiter, Salvis tamen Triennalibus Electionibus quae ad alia loca ut pote Sandomiriens. Calisiens. Biskupicen. Stawisiens. et aliorum Officialium ex praescripto Statutorum faciendis favore suo Perni Praepositi Commiserunt. Testor idem qui supra mpp.

Hoc Instrumentum à Celsissimo Principe Supervenit.

Installatio facta, Obedientia perpetua in facie Ecclesiae praestita, praesentibus Illmis Canonicis Cathedralibus, et alijs hospitibus.

Visitatio Praepturae Sandomien.

Anno Dni 1754. Die 24. Mensis 7bris Facta est Visitatio per Perillustrem et Rndissimum Dominum Stanislaum Wolski Generalem perpetuum, in qua lectum est Instrumentum à Celsissimo et Illustrissimo Eppo Cracoviensi perpetuitatis, superius expresso Perillustri et Rndissimo Dno Stanislao Wolski Generali perpetuo, Ord: S. Spus Canonicorum de Saxia. Item praesentavit

Perillustris et Rendissimus Dominus Generalis Instrumentum secundum AA. RR. Patribus Doctoratus utriusq Iuris. Item Perillus. et Rendissimus Dominus Generalis Instrumentum 3tium presentavit, Protonotarij Appli. Itẽ presentavit 4tum Instrumentum Secretariatus S. R. Majestatis Post hæc ivit ad Ecclesiam pro reddenda Obedientia vigore Decreti Illustrissimi Delegati et condescendit, benedictionemq Patribus impertivit, Missam ad pulsum Campanæ magnæ celebravit, Sanctissimum Visitavit, Olea Sacra, et Altaria revidit, his finitis ad Locum Præposituralem rediit, Secunda die Scrutinia absolvit. 3tia die Sessionem inchoavit, in qua Decretum Reformationis legi mandavit tenore sequentis.

Stanislaus Wolski JU. D. Protonotarius Apostolicus S. R. M. Secretarius Ordi: Can: Regl. S. Spus de Saxia Generalis Ecclesiarũ S. Crucis et S. Spus Cral: Præpositus, et Prælatus perpetuus.

Quoniam visitatio custodit spiritum, collapsa erigit, menda emendat, corrigenda reformat, quare et nos in præsenti Visitatione, referendo se ad Decretum factum Anno Domini 1750. Die 20. 8bris hæc adiungimus observanda.

Amo Lampadem in Ecclesia incessanter ardere curet ad mentem fundationis.

2do Pauperes in Hospitali pecuniam pro carne omni mense percipiant.

3tio Feminas intra Septa Monasterij admittere abhorreat, sperans se poenas contra violatores Clau-stri latas incursurum.

4to Dispensatorem inito cum Patribus Consilio mutet sufficientioremq. porcionem provideat.

5to Census Patribus Retentos tum etiam Concionatori solarium, quam et debita post R. P. Liborium, Famato Adamowski, Nobili Zeblocki, et Kopycienski intra spacium trium mensium exolvat.

6to Spolium post P. Philippum inito consilio Patrū deponat.

7mo Devotio in Ecclesia statutis horis immutabiliter absolvatur, ut Majorem Sacristianus habeat alacritatem, Solutio pro pulsu Campanarū alias Dzwonne ad Ipsum pertinere debebit. Haec et alia magis vobis observata visa ut observetis cum Dei auxilio praecipimus, et Deum pro vobis exoramus Datt Sand: 1754.

Post hae dispositionem circa non admittendas foeminas in Septa Monasterij in scripto seorsivo reliquit in tenore tali.

In Nomine Dñi Amen.

Ad tollendum abusum, qui irrepsit in hanc Sacrā Domum per ingressum foeminarum, tam ad Hypocausta Praepositurae, quam ad Residentias Religiosorum, Statuimus: Admittentes foeminas, cujuscunq Status, et Conditionis, inter Septa Monasterij inhabiles esse in futurum ad Omnia Officia atq super ipsos Excommonicationem Papalem et poenas contra violatores Claustrorum latas extendimus. In quorum fidem Datt Sandomi sub tempus Visitationis Anno Dñi 1754.

His finitis quæ contra aliquem ex Secretis Ser:
tinijs patuerunt delinquentes correxit.
Amo R.P. Bonifacius Recollectiones per octo dies ab-
solvere jussus est.
2do R.P. Andreas Oclusionem in Cela per Mensem
subire demandatus, et quoniam multis Monitio
nibus et correctionibus precautus est, ne in
similia cadat, pejora prioribus accumulavit,
et licet submissionem pro emendandis suis con:
venientijs dedit, pœnisq contra incorrigibiles
latis se per scriptum manuale submisit
nequaquam tamen emendavit, ideo inito
Consilio assidentium Patrum Amo Canonice
de ebrietate et inobedientia munitus est.
R.P. Matthæus in quodam excessu Cracoviæ notatus
et hic etiam quia similia patrare deprehensus
est, nec ulla ex eodem sperata correctio, Carcere
per tres Menses cum flagellatione in ingressu
R. Mathæus et regressu punitus est, ne autem Contagione
plurimos perdat, ex assensu eorundem Patrum
assidentium quærendi sibi benevolos receptores
ubi Religiosius vivere, et DEum pro Anteactis exo
rare possit jussus est. quia autem debitor Craco
viæ non Modicæ Summæ factus est, Census ejus
in Conventu Sandomiriensi arestantur. His peractis
Recomendata Charitate et Majori Gloria DEI Visita
tio finita est.

Visitatio Præpositure Calissiensis.

Anno Dni 1734. Die 17 Mensis 8bris Insistendo offi:
cio suo Perillustris et Reverendissimus Dnus Præpositus
Generalis ad Conventum Calissiensem pro Visitatione
condescendit, et ante inchoatam Missam Sessionem

fecit, Instrumenta tam Perpetuitatis Prælaturæ quam alia monstravit, post hæc ad Ecclesiam condescendit, ibiq a AR Præposito et alijs Patribus Obedientiam perpetuam in facie Ecclesiæ congregato ad Divina audienda populo recepit, Missam coram Magno Altari celebravit, Sanctissimum Visitavit, et benedictionem cum aspersione aquæ impertivit, hac finita, Oleum infirmorum revidit, Altaria et noviter per A. R. Præpositum accessas res lustravit, et retro ad locum Præpositura rediit. In crastinum ad Visitandam Præposituram Staviszinensem perrexit.
Die vero 3tia quæ erat 10. ejusdem Mensis Obris Scrutinia absolvit, ex quibus Scrutinijs, tum etiam alijs delationibus quia aliqua obiecta contra personam A. R. Præpositi, tam circa fatum R. P. Stephani Fratris ejusdem Germani, quam circa Spolium post eum derelictum apparuerunt, ne videatur Perillustris et Rendissimus Dominus Præpositus Generalis connivere eidem AR. Præposito, aut se partialem sive affectatum monstrare, obviando ulterioribus obiectis quæ ejus personam afficere possint, præfatum AR. Præpositum adinterim Sequestravit, donec plenam de eodem capiat informationem, quam Sequestrationem quia libenter A. R. Præpositus suscepit; Pro primo ut Spolium post piæ defunctum patere posit, res ejus in præsentia Illustris Matthæi Chylewski Notarij Consistorij Calissiensis revidit, et cōscribere fecit, inter quas res Spolium assertum non compertū est. Inquisitum est etiam de prædicto fato A. R. Stephani quod quia tantum soli Deo patet, Superis illud scrutandum reliquit, ne autem illi qui ex

adverso sunt, nihil mali habeant dicere de illo a prædictis obiectis relevavit, et loco suo restituit. Quæ autem Mobilia tum ex rebus, quam Oppignarationibus post Defunctum R. P. Stephanum supersunt, illa pro Ecclesia disponenda A. R. Præposito decrevit. Ne autem præfata sequestratio A. R. Præposito aliquam pariat notam, de eadem Perillustris et Rendissimus Dominus Præpositus Generalis perpetuum silentium imposuit. Pro meliori vero Ordine Decretum Reformationis Anno Dñi 1751. Die Ama Latij latum, observari et ad effectum deducere mandavit.

Visitatio Præpositurae Stavissinensis.

Superveniens ex Conventu Calissiensi Perillustris et Rendissimus Dñus Præpositus Gnâlis eandem Præposituram visitavit, ab A. R. Præposito Obedientiam perpetuam Vigore Decreti recepit, Missam celebravit, Sanctissimum Visitavit, Renovationem Die 2. Mensis ejusdem Obris adinvenit, Benedictionem in Ecclea impertivit, cum aspersione aquæ benedictæ, Altaria ad Ecclesiam revidit, quæ Domus Domini quia non bene fundata est, A. R. Præposito decem aureos hungaricales pro reparatione ejusdē Ecclesiæ reliquit. Post hæc ad Residentiam Præposituralem condescendit, ibiq habens ex certa Notitia aliqua obiecta contra Personam A. R. Præpositi eadem illi clare aperuit, a quibus obiectis qui se immunem esse dicebat, Perillustris et Rendissimus Dñus Generalis Præpositus Gnâlis ad inquisitiones condescendit, Testesq statutos examinavit, et illis pro maiori fidelitate Iuramentum ab eis esse necessarium exposuit, qui Testes quia ultro Iuramentum obtulerunt, illos præsente me Secretario posita Imagine Crucifixi IHu Dñi ad Iuramentum admisit, per quos Testes juratos

quia obiecta contra A. R. Præpositum falsa demonstrata sunt, ideo Perillustris et Rendissimus Dñus Præpositus Gnralis eundem A. R. Præpositum Stavisinensem Gasparum Bartoszewski liberum ab obiectis pronuntiavit, eidem satisfactionem de calumniatoribus Personæ et Religionis, ubi de loco quærendi et potestatem Iure agendi concessit. His finitis non pro crimine neque pro excessu, sed pro incauta in domo sua personarum suspectarum conservatione Recollectiones per decem dies in Conventu Calissiensi Ordinis Nri iniunxit. Postea Residentiam quasi Hospitale visitavit et visitationem finivit.

Visitatio Plebaniæ Biscupicensis.

Anno Dñi 1754. Die 29 Obris Continuans Tractum Visitationis Rendissimus Dñus Præpositus Generalis ad Beneficium Biscupicense condescendit, Quem A. R. Plebanus facundo sermone salutavit. Quo finito Sessio facta est, in qua Reverendissimus Præpositus Generalis Instrumenta superius specificata monstravit, post ad Ecclesiam condescendit, ibiq in facie Ecclesiæ Obedientiam perpetuam a R. Rectore loci recepit, Deinde Missam celebravit, Sanctissimum visitavit, hac finita Oleum infirmorum, Baptisterium, Altaria revidit, de obligationibus Missarum inquisivit, ad Confraternitatem SS. Scapularis et ejus obligationes introspexit, retro rediens ad Domum Plebanalem Libros Baptisatorum Coniugatorum et mortuorum subscripsit, Perceptas et Expensas

Loci illius vidit, et ut pro Informatione ad Registrum formale redigantur mandavit; Reliqua ad crastinam diem limitavit. Facto deinde mane, absolutis quæ erant DEI; Scrutinia fecit, deinde A. R. Plebanum in aliquibus monuit. et Visitationem finivit. Decretum Reformationis in præterita Visitatione latum observari præcepit, et circa excisionem Silvæ mandatum promulgavit, Tenoris sequentis.

Mandatum A. R. Rectori Biecupicensi Ord: S. Spus circa Integritatem Silvæ Biecupicen: Anno Dni 1754. Die 29. 8bris in Visitatione Ejusdem Ecclesiæ emanatum.

Cuiuscunq Pastoris Lex et Officium est, recuperare avulsa, manutenere possessa, Nobis autem quia ex certa notitia delatum est Silvam Domui Biecupicensi contiguam, /: Cuius expresse ex Erectione Fundationis proprietas et Dominium ad Conventum Cracoviensem Canonicorum Regularium de Saxia pertinet; :/ per Adm Rendos. Rectores Ecclæ Biecupicensis sicut antea, ita et ad præsens excidi, devastari, et desolari, ideo Nos providendo indemnitati Loci illius mandamus A. R. Paternitati Vræ, et inhibemus per præsentes, quatenus P. V. ab excisione ejusdem Silvæ, et desolatione ulteriori, sub pœna amotionis a loco desistat, et nisi necessitas loci postulaverit præfatâ Silvam, sciens se ad Damna refundenda stringi, in toto et integrè custodiat. In Quorum

Fidem manum nostram apponimus Anno et Die quo supra.

Actum in loco Capitulari Conventûs Cracoviensis Ordinis Canonicorum Regularium S. Spûs de Saxia Anno Dñi 1756to Feria 6ta post Dominicam quartam, post Pentecosten Die videlicet Lunæ 5tâ mensis Julij.

Capitulum Generale.

Perillustris et Reverendissimus Dominus Josephus Lukaszkiewicz [illegible] Dr. Ecclesiæ Cathedralis Cracov. Canonicus, Ordinis Canonicorum Regularium S. Spûs de Saxia per Utramq. Poloniam, a Celsissimo Principe Illustrissimo et Reverendissimo Dño Andrea Stanislao Kostka Comite in Załuskie Załuski Dei et Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopo Cracov. Duce Severiæ deputatus Commissarius. Adhærendo literis Anterioribus deputationis suæ, præmissis literis Innotescentialibus, ut præmissum est viâ Cursoriâ legitime executis Capitulum Generale Ejusdem Ordinis pro die supra expressa, ac per Statuta ejusdem Ordinis destinata Convocavit. Missa votiva de Spû Sancto in Ecclesia tto Hospitalari S. Spûs Cracoviæ ad Majus altare per Adm. Rdûm ac Religiosum Patrem Ferdinandum Siers Deffinitorem Ima

Celebrata

celebratâ ad locum Capitularem deveni ens receptâ Salutatione a Rdo Patre Theodoro Jweltski Nomine Capitularium in laudem sui eleganter permissâ, recitato hymno de Spu Sti in loco Capitulari assidens post finitum pariter Sermonem ad Congregatos Canonicos, Jurisdictionem suam Commissorialem una Cum Reverendissimo Dno Stanislao Wolski Fdicti Ordinis Praeposito Gnali Perpetuo, invocatô Spûs Divinissimi auxiliô fundavit ac instantibus PP. Capitularibus de assumendo extraneo Secretario, me Carolum Jaworski Publicum sacrâ authoritate Apca Notarium Sed Rd Mathis Secretarium ad conscribendum actum praesentis Capituli, non praejudicando quidque statutis hujus Ordinis de eligendo ex gremio PP. Secretario sancitis, de Unanimi R.R. PP. pro Capitulo assidentium Consensu in secretarium assumpsit, Resignationes Praepositurarum utpote Sandomirien Calissien Stawiszyn Biskupicen ac aliorum quorvis Officiorum per repositionem in mensa Capitulari sigillorum verbaliter ût moris est facta intacta Perpetuitate Praepositurae Generalis Conventus Grae et S. Crucis in quibus Dictus Reverendissimus Wolski et ad eius authoritate Celsissimi Ordinarij delegata admisit, Proprietarios qui plus ultra concessam in anteriori immediato Capitulo facultatem tam de peculio quam de rebus conservare

Sine

sine licentia Superioris attentaverint Censuris excommunicaonis contra eosdem latis innovavit et quatenus hujusmodi proprium in seorsivis schedis quidquid habent sive in debitis passivis sive in deposito apud alios tam domesticos quam extraneos sive in numerata pecunia vestibus et alia supellectili fideliter conscriptum pro feria 4ta alias pro die Mercurij 7ma Mensis et Anni Currentis comportent et porrigant demandavit. Quibus pro interim usum eorundem usque ad conclusionem Capitali concessit. Revisiones Praepositurarum ac status bonorum utpote Crac. Sandom. Stawiszyn Biskupecz resignitavit, quibus per me secretarium clara ac intelligibili voce perlectis, quoniam ex revisione Praepositurae Sandomiriensis patuit plurima esse desolata ac non modico sumptu pro reparaone indigere, ideo Reverendissimo Praeposito Fratri quatenus seriam animadversionem super dicta Praepositura habeat et quibusvis de proventibus ejusdem reparet, vel etiam aliunde ei subveniat commendavit, in Calculatores Admodum Rdos Patres Ferdinandum Lier et Eraimoldum Babczynski ad Sandomiriensem Dominicum Lipuchowski et Theodorum Gwelski ad Calissiensem Theophilum Kuczarski et Franciscum Węgierski, ac in oppositorem rejecto tamen jure cujusque op
ponendi

opponendi supra scriptum Admodum R. P. Liers deputavit.

Qui Adm. R. Oppositor Liers contra Religiosum P. Andream Skalski quod ille tanquam immeritus quinimo plurimis defectibus ac in conscientijs maculatus, tanto etiam magis quod ex aliena Religione nempe Sanc. Regul. Custodum Sancti Sepulchri Hierosolimitani sit advena capitulum intrare non debeat nec est capax vocis activa et passiva proposuit ac puncta plurimarum inconvenientiarum contra ipsum produxit.

Et Perillustris ac Reverendissimus Dnus Commissarius audita R. P. Skalski iustificatione exquisitis omnium capitularium votis de non admittendo eodem ad capitulum unanimibus dictum R. P. Andream non posse intrare capitulum nec vocis activa et passiva habilem esse in perpetuum declaravit, resolvendo cathegoriam articulorum contra ipsum ratione plurimorum scandalorum ac criminum oppositorum, lectis praedictis articulis auditaque justificatione ejusdem, et respective auditis quaerimonijs per superiores locorum sub quibus permanebat contra ipsum illatis. Lecta submissione manu ejusdem subscripta devitandis ebrietatibus ac inhonestis conversationibus cum mulieribus ac alijs in dicta submissione expressis, quoniam dictus Religiosus Skalski contraveniendo suae submissioni plurima scandala post praedictam submissionem quae ob diffamationem et prostitutionem sui ordinis hic non exprimuntur, perpetravit. Contra superiores plurimis vicibus consurrexit, ac eosdem interficere voluit omnibusque Religiosis factus est odiosus. Adeo inhaerendo scripto

Bullarum

Bullar. Nicolai et Alexandri de turbatoribus Religionis in haec Verba: Si qui vero fratrum Vestrorum post factam in vos Professionem turbatores Religionis vestrae vel inutiles fuerint fortasse fuerint liceat tibi Fili Magister et Successoribus tuis eos cum assensu et consilio sanioris Partis Capituli amovere, = obloquenti, eundem tanquam incorrigibilem et scandalosum adhaerendo etiam votis Capitularium Concordibus de religione S. Spus de Saxia tam pro Petram scandali amovendum, priori quoque Religioni nempe P.P. Miechovitarum de qua egressus erat tradendum esse censuit, et licet in instanti ad dictam P.P. Miechovitarum Religionem tanquam illorum prior professus remitti deberet, sed quia in facie Capituli quod Omnes quascunque inconvenientias ebrietates ac inhonestates vitabit vitamque religiosam ducet, se submisit, veniamque cum lachrimis expetijt, ideo quoniam charitas cooperit Multitudinem peccatorum, executionem praeallegati decreti ad arbitrium suum suspendit, alias in casu alicujus patrati scandali ac inconvenientiarum facultatem Reverendissimo Praeposito Generali eundem a Religione sua amovendi et priori Religioni tradendi, Authoritate Celsissimi Illustrissimi delegantis concessit. Tandem Reverendissimus Praepositus literas aspirantium ad suam Religionem nempe Admodum Rdi. ac Religiosi Patris Dzięciołowski Ord. Can. Reg. Custodes S. Sepulchri et Victoris Grabowiecki Scholaris Piarum Presbyteri exhibuit et utrum praedicti aspirantes ad suam Religionem suscipi debeant, assensum Perillustris et Reverendissimi Dni Commissarii exploravit.

Quibus literis clara voce lectis dictus Perillustris et Reverendissimus Commissarius plene commisit dicto Reverendissimo Praeposito Gnali Perpetuo ut servatis de jure servandis circa transitum de Religiosis expostulato assensu Communitatis eosdem ad statum suum suscipiat. Quibus expletis recomendata sanitate, pace et amicitia fraterna Capitulum ad diem Mercurij 7ma mensis et Anni currentis ad horam Nonam Matutinam limitavit ac pro eadem die electionem Definitorum Praepositorum ac aliorum officialium determinavit

Adveniente tandem die exlimitatione 7ma Mensis Perillustris et Reverendissimus Dnus Commissarius obviam euntibus Religiosis Rochetis et Mucetis indutis ad locum Capitularem condescendit et Capitulum reassumpsit. Tandem exposita sunt relationes Calculatorum et quidem Praepositura Cracoviensis de qua retulerunt Patres Calculatores statum bonorum esse bonum, plurima comparata tam pro decore Ecclesiae quam bonorum per modernum Praepositum Gnalem, qua audita Reverendissimus Dnus Commissarius dictam Calculationem approbavit salva bonificatione expensarum in anteriori Capitulo adjudicatarum, sed ut dictus Reverendissimus Dnus Praepositus Gnalis a reaedificatione scholae sam percipsum in majori parte de nova radice constructa et aedificata animum suum non demittat eundem ad continuationem dictae reparationis scholae obligavit et quam primum finiet ut mea

dem

dem Schola ex Universitate Cracoviensi ca
entia Editum assumat, ac Studium in Conven
tu suo a plurimis annis intermissum resuscitet
obstrinxit, et antequam reassumptum fuerit Studi
um juniores Canonici lecturae librorum insum
bant, demandavit.

Quantum ad Praeposituram Sandomiriensem retu
lerunt Calculatores expensam superare sabbo
de perceptam in florenis 3713 / Debita autem
per Adm Wegtarski Stante sua pos
sessione Praepositurae Contracta ad Summam 3109
in Summam superatam videlicet 3713 quam
futurus Praepositus Sandomiriensis de proven
tibus ejusdem solvere poterit, residuitas su
peratae Summae nempe 604 floreni ipsi sol
vant. Post multas Controversias Reveren
dissimus Dnus Commissarius decidit ut in
posterum Nullus ex Praepositis audeat supra
perceptam expensam erogare nisi in Casu ne
cessitatis et Consulto Rmo Praeposito Gnali
R. Autem Wegtarski a Summa superata
604. Cadat et nullam pretensione rati
ne ejusdem ad Conventum Sandomiriensem
habeat, Praepositus autem futurus Sandomi
riensis juxta Connotatione per Secretarium
Capli subscriptam, debita per eundem Con
tracta ad Summam 3109 ascendentia
et Stipue legatum pro Ecclesia Certum
quod ille pro necessitatibus et in rem

Conventus

Conventus expendisse allegavit, id quan
totius de proventibus Conventus Sandomiri
ensis persolvat.

Quantum attinet Ppositurae Calissiensem
quoniam ad Modum R. P. Erminoldus Bale
czynski licet duntaxat post amotionem
Patris Hyacinthi Pisklewicz de illo
loco fuerat ad Ministrator plurima Con
strui fecit Vestem Argenteam ad Imagi
nem Beatissimae ex legatis comparavit, et
supra perceptam de proprio florenos 71 in
rem Conventus Calis expendit proinde dictus
Perillustris et Reverendissimus Commissarius
mandavit quatenus de proventibus Ppositurae Calissiensis hi 70 floreni ipsi bonificen

Tandem Reverendissimus Generalis quod
circa Visitationem Ppositurae Stawiszynen
sis Rdo P. Gasparo immediato Pposito
Stawiszynensi pro reparatione ejusdem Eccle
siae aureos 11. ungaricales dedit, adeoque pe
tiit ut informet quid prodictis aureis com
paravit, qui P. Gaspar produxit specifi
cationem reparationum ad florenos 47. adeoque
Perillustris et Rndmus Commissarius re
stantem quotam florenorum 111 ex dismem
brationibus futuris P. Gasparum concernen
tibus sequestrari et futuro Pposito Sta
wiszynensi persolvi demandavit.

His peractis Admodum R. P. Ferdinandus

Liers

Opposuit Contra R. Hyacinthum L.ikiewicz quod sit turbator fratrum, superioribus refragarius ac jurisdictionis Praesentis Commissorialis Contemptor. Et Reverendissimus Commissarius audita quaerela PP. Capitularium Contra P. Hyacinthum querulantium auditaque pariter justificatione ejusdem eundem pro hac vice voce activa et passiva privavit, ac eundem donec se ab his impetuositatibus abstinuerit et a sua pertinatia resipuerit, nec alias, activitati restituendum, facultatem Reverendissimo Praeposito Generali concessit.

Tandem Perillustris Commissarius lecto Cathalogo Omnium PP. votantium pro Capitulo assidentium eosdem interrogavit utrum sint omnes vocis activae et passivae Capaces, et quoniam Omnes sunt adinventi ideo ad Cautelam impertita ipsis absolutione Generali Nominantibus Singulis Patribus pro Capitulo assidentibus Electi sunt in scrutatores R. Franciscus Węglarski et R. Theodorus Jwelski qui schedulas juxta Praescriptum statutorum pro eligendis Definitoribus cuilibet votantium Paso ta Nne cujuslibet votantis proprio distribuerunt turnatimque juxta demum vota ad

Calic

calicem pro eligendis Definitoribus à Patres votantes imposita. Ad quorum revisionem deventum et ante omnia vota ne numerum votantium excedant, à Reverendissimum Commissarium adver tentibus Scrutatoribus sunt Numerata, ex quibus habuerunt vota pro

Deffinitoribus.

A.R. ac Rel. Theophilus Kucharski - - 5.
A.R. ac Rel. Ferdinandus Liers - - - 7.
A.R. ac Rel. Franciscus Węglarski - - 2.
A.R. ac Rel. Dominicus Osuchowski - - 2.
A.R. ac Rel. Gaspar Bartoszowski - - 2.
A.R. ac Rel. Lucas Mierzwicki - - 5.
A.R. ac Rel. Augustinus Dzierżyński - - 2.

Perillustris et Reverendissimus Dnus Commis sarius R.P. Theophilo Kucharski tanquam in ordine seniori Patri addidit vota 4. Reverendissimus Praepositus Generalis P. Ferdi nando Liers 1. et Patri Lucae Mierzwic ki 1. et ita pluralitate votorum electi sunt in

Deffinitores.

1mus Adum Rdus Theophilus Kucharski.
2dus Adum Rdus Ferdinandus Liers.

Tandem pro Praepositura Sandomiriensi di stributae sunt Schedulae per Scrutato res modo ut supra expresso et habue runt vota.

A. R. Ferdinandus Liers — — 2
A. R. Lucas Mierzwicki — — 1.
A. R. Augustinus Dzierzynski — 2.
A. R. Theodorus Iwelski — 8

Licet quidem Adm R. Theodorus Iwelski habuerit vota 8. sed quoniam haec n. adaequant 3tia Partis votantium et n. faciunt Canonicam electionem ideo Reverendissimus Commissarius iterum 2do vota reinducere mandavit et Consveto modo distributae sunt schedulae, ex quib. habuerunt vota.

A. R. Ferdinandus Liers — — 2.
A. R. Dominicus Osuchowski — — 1.
A. R. Lucas Mierzwicki — — 2.
A. R. Augustinus Dzierzynski — 1.
A. R. Theodorus Iwelski — — 6.

Sed quoniam neq. haec vota reputari possunt pro Canonica Electione ideo Perillustris et Reverendissimus Commissarius attentis meritis in Religione A. R. Patris Ferdinandi Liers eundem in Praepositum Sandomiriensem Authoritate Celsissimi Delegantis sibi hac in parte Commissa imposuit qui Adm R. D. Liers gratias agendo pro collata sibi Praepositura Sandomiriensi Officium Deffinitoris ad Manus Rdissimi Commissarij resignavit, et Reverendissimus Commissarius attentis votis pro Praepositura

ra Sandomiriensi habitis A. R. Theodorum Iwelski in Deffinitorem 2dum attento Patrum Consensu elegit.

Tandem distributa sunt schedulæ pro Præposito Calissiensi et habuerunt vota.

A. R. Theophilus Kucharski — 1.
A. R. Ferdinandus Liers 1.
A. R. Franciscus Węglarski — — 3
A. R. Lucas Mierzwicki — — 4.
A. R. Erminoldus Babczynski — — 3

Reverendissimus Præpositus Gratis Rdo Erminoldo addidit 1. et sic inveniente paritate votorum inter R. Lucam Mierzwicki et Erminoldum iterum pro 2da electione distributa sunt schedulæ ex quibus habuerunt vota.

A. R. Theophilus Kucharski — — 1.
A. R. Franciscus Węglarski — — 2
A. R. Gaspar Bartoszewski — — 1.
A. R. Lucas Mierzwicki — — 4
A. R. Erminoldus Babczynski 4

Sed quoniam in 2da votatione Paritas intercessit ideo Rmus Commissarius attentis meritis R. Erminoldi administrationis Calissiensis eundem Præpositum Calissiensem authoritate Celsissimi imposuit. His peractis distributæ sunt schedulæ pro electione Præposito Stawiszynensi et habuerunt vota.

A. R. Gaspar Bartoszowski — — — 3.
A. R. Lucas Mierzwicki — — — 4
A. R. Augustinus Dzierzynski — — 4.
A. R. Josephus Moszynski — 1.

Reverendissimus Commissarius Patri Lucae 2. vota et Reverendissimus Gnalis 1. addiderunt et sic pluralitate votorum electus est in Praepositum Stawiszynensem A. R. Lucas Mierzwicki.

Pro electione Rectoris Biskupicensis distributae sunt schedulae ex quibus habuerunt vota A. R.

A. R. Franciscus Węglarski — — 3
A. R. Dominicus Osuchowski — — 1.
A. R. Lucas Mierzwicki — — 2.
A. R. Augustinus Dzierzynski — — 4
A. R. Theodorus Iwelski — — 1

Reverendissimus Praepositus Gnalis P. Francisco Węglarski addidit 1 et sic intervenit paritas et distributae sunt schedulae ex quibus habuerunt vota

A. R. Franciscus Węglarski — — 2.
A. R. Dominicus Osuchowski — 2
A. R. Augustinus Dzierzynski — — 4.
A. R. Josephus Moszynski — — 1
A. R. Theodorus Iwelski — — 2.

Sed quoniam haec electio non successit ad

admentem Perillustris et Reverendissimi Commissarius attento eo quod Reverendus P. Franciscus Bony quotam florenorum pro necessitatibus Conventus Sandomiriensis erogatam cessit cum in Rectorem Biskupicensem Authoritate Celsissimi imposuit.

Vice Praepositus Cracovien.

A. R. Theophilus Kucharski Deff. Emy.

Magister Novitior. Conventus Crac.

A. R. Augustinus Dzierzynski

Concionator Conventus Crac.

A. R. Theodorus Gwetski Deff. Ady.

Sacristianus

A. R. Dominicus Osuchowski

Praepositus Nosocomij

A. R. Gaspar Bartoszowski

Procurator Causarum

A. R. Josephus Moszynski

Reliquorum Officialium Constitutio et dispositio Religiosorum Rmo Praeposito Gnali est reservata.

Quibus peractis facta exhortatione Super observantia religiosa charitate et pace adinvicem servanda impertita

taq; Benedictione et aspersione Patribus Capitulatiter assidentibus Perillustris et Reverendissimus Dnus Commissarius et Praesidens Supra Memoratus Capitulum Conclusit Annô Die et Mense quibus Supra.

Visitatio Praepositurae et Hospitalis Calissiensis.

Annô a Nativitate Dni Nostri Jesu Christi 1758. Indictione Romana 6. Pontificatûs Clementis 13. annô Anô. Die 9. 8bris Facta est Visitatio Conventus Calissiensis Canorum Regularium de Saxia ab Illmô et Reverendissimo Stanislao Wolski J. U. Doctore Prothonotario Aplicô Sanctae Romanae Matris Secretario Canonicorum Regularium S. Spûs de Saxia per Utramq; Poloniam Generali, nec non Ecclesiarum S. Spûs et S. Crucis ad Cracoviam Praeposito Perpetuo. Cujus Primos Passus Salutavit Campanarum Sonus, Statimq; in ingressu Ecclesiae facta est aspersio postea invocato Spû S., in assistentia Canonicorum Conventus Calissiensis In Celebrato Missae Sacrificio facta est Revisio

Sanctissimæ Eucharistiæ ubi omnis dili
gentia, et accurata Renovatio reperta est.
Post Revisio facta est Oleor. Infirmorum
altarium mapparũ Portatilorũ Calicum.
Patenarum Purificatorĳ et omnium quæ
ad bonum ordinem et decentiam spectant
quæ omnia bono ordine conservata adin
venit et laudavit. His peractis ad Domũ
Præposituralem rediit et sermonem ab his
verbis incepit. Attendite a fermento Pha
riseor. quod e. Hypocrisis Luc. 12. finito
sermone Inventaria et Regestra dati et
accepti præparare demandavit et finita
sessio

Sessio 2da.

In hac sessione quia necdum parata et con
scripta adinventus e. habere Regestra R.
Præpositus, solum Reparationem, quæ ut verum
insignis erat monstravit, ideo licet pro tunc
lucratus e. Indulgentiam, pro Capitulo tn Ge
nerali in decreto reformationis expresso
mandato Illmi Gnalis e. coactus ut jam
ferat et præsentet dati et accepti Regestra
Post hæc deventum ad Scrutinia ex quibus
quid patuit ore confessa aure audita quæ lau
danda erant laudavit quæ vituperanda vitupe
ravit, et proporcionatis delicta pœnis puni
vit. Tandem ventilatæ sunt Inscripti
ones, documenta Summorum Capitalium
Conventui Calissiensi inscriptorum quæ
hic ideo annotantur. Ut fusior informa
tio.

quo Annô, in quibus bonis, a quo inscript. de Conventui Gnali unde eveniat.

1mo. Summa florenor. 800 à Generoso Wawronski in villa Kotowiecko Inscripta A.D. 1645. provisio flo. 28.

2do Summa florenor. 200 a honesto Martino Wolny In villa Dyniec Inscripta A.D. 1669 provisio flo. 14.

3tio Summa florenor. 1000 a Generoso Bledzewski in villa Krowice inscripta. A.D. 1700 provisio. flo. 35

4ta Summa florenor. 500 in Villis Novawies Grzatki Ozdichow Toporow NB. Itidem Inscriptio in simul expressa et pro Hospitali ad Ecclesiam Sanctissimae Trinitatis. Inscripta A.D. 1652 Provisio. flo 15. NB. hoc provisio pro Hospitali.

5ta. Summa florenorum 200. a Generosa Zaleska in villa Raduchow. A.D. 1636. provisio flo. 12

6ta. Summa floren. 800 a Joanne Pauthon in Lapidea Patrum Calissij Inscripta A.D. 1701.

7ma Summa flor. 10000 Apud Judeos A.D. 1693

8va Summa flo 100 A.D. 1690.

9na Summa flor. 3500. in villa Leziona. Provisio - 105

10ma Summa flor. 3500 in Villa Laszkow Provisio. 105

11ma Summa floren. 100 in villa Lewkow Provisio flo - 8.

12mo. Summa flor. 800. In villa Wolica. Provisio - 32.

In hac Sessione inventa inter Monumenta Conventus Calisiensis Præsentata Concordia Conventus Calisiensis Cum Civibus Calisiensibus Seu Sententia Arbitralis ex Commissione Sac. Rd. Mattis ratione Litium Conventûs et hospitalis S. Spiritûs Calisij a Parte fluminis à Molendino Castrensi fluv. Facta A. D. 1527. Decretum Reformationis Circa ulteriorem Reparationem Præfati Conventus Demandatum et inculcatum R. Præposito ut turres duas et Cupulam pervetustate ruinæ proximam et subiectam tegat et reparet. radijs argenteis Imaginem B. V. Mariæ in magno altari adornet. Fenestras Ecclesiæ Coloribus illuminet, et depingere Curet. hospitale expediat et loco illius Celum Conservet. et portionem honestiorem Rd. Canonicis procuret. Reliqua ad Decreta anterioris reformationis reservata sunt. His recomendatis R. Præpositum valedixit. et Abcessit.

L.

Similis visitatio facta est Conventus Sandomiriensis.

Item Similis Visitatio Ecclesiæ Biscupiensis perakta est.

Actum in Loco Capitulari Conventus Cracoviensis Ordinis Canonicorum Regularium S. Spūs de Saxia A. D. 1759 Feria secunda post Dominicam quartam post Pentecosten die videlicet 4ta Mensis Julij.

Capitulum Generale.

[illegible] Reverendissimus Dominus Stanislaus Wolski U. J. Doctor Protonotarius Apostolicus ad Rdo Matthis Secretarius Canonicorum Regularium S. Spūs de Saxia Generalis nec non Ecclesiarum S. Spūs et S. Crucis Praepositus Perpetuus Praemissis literis in potescentialibus ut praemissum est viâ Cursoriâ legitime executis, Capitulum Generale pro Die supra expressa ac per statuta ejusdem Ordinis destinato convocavit, praemissaq; Votiva de Spiritu S. in Ecclesia Hospitalarij S. Spūs Cracoviâ ad majus altare per adm. R. D. Theophilum Kucharski Deffinitorem Primum celebrata, ad locum

Capitularem

Capitularem devenien recitato Hymno de Spu S. ab his verbis Sedebitis et vos super sedes duodecim incepit. Finito sermone in horem do Statutis ordinis facta est electio secretarij et Dne Theodorus Zwetski Notarius apostolicus ejusdem ordinis Professum de unanimi RR PP in Capitulo assidentium Consensu in Secretarium assumpsit. Resignationes Praepositurarum utpote Sandomg Calissiens Stawiszyney Biskupicen ac aliorum quorum vis officiorum per repositionem in Mensa Capitulari sigillorum verbalibus ut moris est facta admisit. Proprietarios qui plus ultra Concessam in anteriori immediato Capitulo facultatem tam de peculio quam de rebus Conservare sine licentia Superioris attentaverint Censuris excommunicationis contra eosdem latis innodavit, et quatenus hujusmodi proprium in deorsivis schedis quid quid habent, sive in debitis passivis ~~..~~ sive in deposito apud alios tam domesticos quam extraneos, sive in numerata pecunia vestibus et alia suppellectili fideliter Conscriptum pro sequenti die Comportent et porrigant demandavit, quibus pro interim usum eorundem usque ad Conclusionem Capituli Concessit. Revisiones Praepositurarum ac Status bonorum utpote Stacovien Sandomg Calissien Stawiszyn

Biskupicensis resigillavit, quibus per me Secreta
rium clara ac intellegibili voce perlectis quae
erant laudanda laudavit quae vituperanda vitu
peravit. In calculatores ad Praepositurae Craco
viensem Adm. RR. PP. Theophilum Kucharski
et Theodorum Jorelski. Ad Sandomir. Adm. RR.
PP. Franciscum Węglarski et Erminoldum
Bobedzynski ad Calissiense Adm. RR. PP. Fer
dinandum Liers et Augustinum Dzierzynski
ac in oppositorem relicto tamen jure cuique oppo
nendi R. P. Josephum Moszynski deputavit.
Qui oppositor contra R. Andream Skal
ski, quod ille tanquam immeritus quin
imo plurimis defectibus maculatus puncta
plurimarum inconvenientiarum contra ipsum
produxit, cui perlectum est decretum in
praeterito Capitulo Generali latum, in cetero Causa
ejus reservata est ad finem Capituli.
Tandem expositae sunt relationes Calcula
torum Praepositurae Cracoviensis de qua retule
runt RR. PP. Calculatores statum bonorum
esse bonum, plurima comparata tam pro de
core Ecclesiae quam bonorum per Reverendis
simum Generalem, Iidemque Calculatores do
cumentis Regestrorum probant et demonstrant.
Quod post summam 4000 et aliquod Centen
norum florenorum in praeteritis Capitulis Generalibus

Illmo et Reverendissimo Generali ad judicandum
superasse expensas percepta florenis 5903
inclusâ ad hanc Calculationem ex villa Wola
pecunia annuali in futurum Annum. Quan
tum attinet Propositurae Sandomiriensis Adm
RR PP. Calculatores Insufficientia Adm R. P.
MB. Ferdinandi monstrarunt Regestra, imo de
venerunt quod ille Multis diffugijs allaberando,
Religioni appromissam fidem frangendo,
varijs simulationibus se evincendo, summam
aliquod Militum celando, tamen Ausus est ex
concredito sibi censu, bonorum proventu ac
eleemosinis suis se habere, licet compertum
fuit mendacium in hoc statu existentem
dedecens, tamen propter perturbationem Capitu
li hoc negotium tempori commodiori relictum.
Adm Rdi P. Praepositi Calissiensis licet re
gestra testent superasse expensas perce
ptam, considerando tamen paucitatem Cone
sicorum Manentium videtur esse inverso modo
perceptam superasse expensas. Quibus ex
pletis recomendata Charitate pace et Amicitia
fraterna Capitulum ad diem 5tam mensis
et anni currentium ad horam gnam Matu
tinam limitavit, ac pro eadem die ele
ctione

ctionem Deffinitoru Praepositoru ac alio
rum officiorum determinavit.

Adveniente tn Die ex limitatione Sta Men
sis et Anni Currentium hora qua in Capitu
lo vocis activa et passiva Congregatoru Voten
tium, quibg tn ad Cautellam impertita a
Reverendissimo Generali absolutione genera
li Nominantibg singulis Patribg pro Capi
tulo assidentibg. Electi Scrutatores
Adm Rdi PP. Theophilus Kucharski et
Augustinus Dzierżynski qui Schedulas juxta
Scriptu Statutoru pro eligendis Deffinito
ribg Cuilibet votantiu Scrito tn Nomine Cu
jus libet votantis proprio distribuerunt
Turnatimq juxta Senium Vota ad Unu Ca
licem pro eligendis Deffinitoribg p Patres
Capitulares votantes imposita, Ad quorum
revisionem deventum et Ante omnia Vota
ne numerum votantiu excedant p Reve
rendissimu Generalem advertentibg Scru
tatoribg sunt numerata, ex quibg habu
erunt vota pro

Deffinitoribus.

R.D. Theophilus Kucharski — — 7.
R.D. Ferdinandus Liers — — 1
R.D. Theodorus Swelski — — 8.

R.D. Augustinus Dzierzynski — — 2
R.D. Franciscus Weglarski — — 2.

Etsi pluralitas votorum concludit et eligit, antiquiora tamen senioris Patris merita promoverunt Adum R. P. Theophilum. Ideo votis electi sunt in Deffinitores.

1mus Adum R. D. Theophilus Kucharski
2dus Adm R. D. Theodorus Jwelski.

Tandem pro Praepositura Sandom. disposita sunt schedulae et distributae per scrutatores modo ut supra expresso et habuerunt vota.

R.D. Ferdinandus Liers — — 2.
R.D. Theophilus Kucharski — — 1.
R.D. Theodorus Jwelski — — 7.
R.D. Augustinus Dzierzynski — — 1

In praepositum Sandomiriensem pluralitate votorum Canonice electus R.D. Theodorus Jwelski.

Tandem dispositae sunt schedulae pro praepositura Calissiense et habuerunt vota

R.D. Theophilus Kucharski — — 1.
R.D. Ferdinandus Liers — — 8.

R.D. Francisq Weglarski — — — 1.
R.D. Augustinus Dzierzynski — — 1.
Conclusa pluralitate votorum in Praepositum Calissiensem electus est R.D. Ferdinandus Liers

His peractis distributa sunt schedae pro eligendo Praeposito Stawiszynensi et habuerunt vota
R.D. Theophilus Kucharski — — 1
R.D. Francisq Weglarski — — 1.
R.D. Erminoldus Babczynski — — 9.
Unanimi votorum Consensu electus est in Praepositum Stawiszynensem R.D. Erminoldus Babczynski.

Pro electione Rectoris Biskupicensis distributa sunt schedula modo ordinario et habuerunt vota
R.D. Francisq Weglarski — — — 4.
R.D. Josephus Moszynski — — — 1.
R.D. Theophilus Kucharski — — — 1.
R.D. Augustinus Dzierzynski — — 2.
R.D. Nicolaus Knauer — — — 1.
Hic et vota et obligatio appromissa futura in executione in Rectorem Biskupicensem elegit R.D. Franciscus Weglarski

qui ædificare Domum plebanatem in hu
futuro Triennali Curriculo, reficere Im
bilaria quibus frumenta proteguntur,
cellas penuarias reconcinnare, imme
tius reparare vetustate sublapsa pecu
aria loca in quibus stabulantur, aliaq
quæ necessaria viderit esse diligen
tissime omniq Conatu procurare pro
misit.

Vice Præpositus Cracoviæ R.D. Theophilus Kuchars
Magister Novitiorum – R.D. Ferdinandus Liers
Concionator Cracoviæ R.D. Dominicus Suchenski
Sacristianus – – R.D. Ferdinandus Liers
Præpositus Nosocomij et Procurator Causarum R.D. Josephus Mo...ski

Post finitam electionem R.D. Ferdinandus Liers
Præpositus Calissiensis nunc electus, licet in ea
se votis Condentus Modo tamen ob multas
rationes et excusationes, Venerabili Capitu
lo Annuente R.D. Cruminotdo sponte
et libere cessit. Præposituram vero Stan
...nensem Cum Consensu Capitularium
R.D. Augustinus Dzierzynski adeptus est.

Post Finitum Capitulum ratione summæ repo
sitæ Convocatis Adm. R.R. P.P. Deffini
toribus Præpositis Senioribus etc. decisum est.
illam in quoddam negotium Provinciæ Con
ver

vertendam ad quod etiam Tertium quantum
A.D. Plebanus Biskupicensis composuit.
Quibus peractis facta exhortatione et ad
monitione super observantia religiosa, cha
ritate, et pace ad invicem servanda, impertita
per Benedictione et aspersione Patribus Ca
pitularibus assidentibus Illustrissimus
et Reverendissimus Generalis Capitulum
Conclusit. Actaque Praesentia manu pro
pria subscripsit. Anno, Die, Mense
quibus supra.

Anno Domini 1760 die 7 8bris Visitatio Conventus Sandomiriensis
licet in forma agitari non potuit propter non completam adhuc
reparationem post incendium non pridem factum attamen mul-
ta Illtris Adum Rndus Praepositus modernus reparavit et ex fun-
damentis erexit, in Praedio Krukow vocitato similiter post confla-
grationem cum omnibus segetibus de novo collectis, et aedificijs, novi-
ter praedium, et hollodium aedificavit, et quia adhuc plura post voragi-
nem ignis desiderantur, hac curet dexteritati Illtris Praepositi Rdmus
Dnus Generalis commisit, praemium laboris à Deo, gratitudinem
vero à Religione spopondit, simul eum cum benedictione valedixit.

Anno Domini 1761 die 28 February Visitatio Conventus Callicz
Quoniam in Anteriori visitatione decreto Reformationis non
satisfactum, iterato Adum Rndo Praeposito ad executionem de-
ducenda injunguntur, Turres Ecclesiae et Copulam reparet, faci-
atam Ecclesiae renovet, foeminam tanquam sordidum abusum
ab obsequijs Conventus amandet, quam si conservaverit sciat
se tanquam Violator Claustri poenas excommunicationis
Papalis incursurum. Braxatorium et Praedium in Tyniec aedi-
ficet, Panes quam Religiosis, tam pro Hospitali et portionem

suppetentem provideat. Obligationes Ecclesiæ nunquam fraudentur. Fratri Alexandro ratione portionis præter domesticam pennariam singulis hebdomadis pendat. Organario quolibet quartuale per florenos octo solvat. Cætera activitati eiddmodum Rndi Præpositi commendantur, quæ si executus fuerit sciat se gratitudinem a Religione recepturum.

Visitatio Ecclesiæ Biskupicensis hoc triennio non est agitata, Rdmus Generalis ob Visitationem Ordinariam Episcopalem se abstinuit, quia vero Illsmum Visitatorem siniStrè modernus R. Curatus de reparatione ejusdem Ecclesiæ et domus, quasi ad Conventum non ad Curatum Spectasset informavit Rmus Generalis eundem Rdum Curatum sicut in bona ita et in onera Succedere, ad repaonemq Curatum non Conventum teneri decernit, ob Jurgia vero et lites R. Curati irrationabiles ad illam domum Biscupicensem non condescendit.

NB

Actum in loco Capitulari Conventus Cracovien. Ordinis Canon Regularium S. Spus de Saxia Anno Dni 1762. Die 28 Junij

Capitulum Generale

Reverendissimus Dnus Stanislaus Wolski JU Doctor Prothonotarius aplicus Canon Regul S. Spus de Saxia Generalis, nec non Ecclesiarum S. Spus et S. Crucis Præpositus Perpetuus, Præmissis literis præscientialibus ut præmissum est via Cursoria legitime executis, Capitulum Generale

pro

pro die supra expressa ac per statuta
ejusdem ordinis destinata convocavit.
Finitaq[ue] votiva de Spiritu Sancto
in Ecclesia S. Crucis Cracoviae ad
majus altare per Adum R.D. Theo
philum Kucharski Deffinitorem Ord.
celebrata ad locum Capitulare deve
niens ab his Verbis: Vocavit ser
vos suos Dominus, incepit. Fini
to sermone inhaerendo Statutis
ordinis facta est electio Secreta
rij et me Theodorum Gwelski
ejusdem ordinis Professum Notarium
apostolicum de Unanimi RR. PP.
in Capitulo assidentium consensu in
secretarium assumpsit. Resignatio
nes Praepositurarum ut pote Sandomi
Calissiensis Stanisinensis Biskupiensis
ac aliorum quorum vis Officiorum per
repositionem in mensa Capitulari si
gillorum verbaliter ut moris est facta
admisit. Proprietarios qui plus ultra
concessam in anteriori immediato
Capitulo facultatem tam de peculio quam

de rebus

quam de rebus Conservare sine licentia Superioris attentaverint, censuris excommunicationis contra eosdem latis innodavit. Et quatenus hujusmodi proprium in seorsivis schedis quidquid habent sive in debitis passivis sive in deposito apud alios tam domesticos quam extraneos, sive in numerata pecunia, vestibus, et alia suppellectili fideliter conscriptum pro sequenti die comportent et porrigant demandavit. Quibus pro interim usum usque ad Conclusionem Capituli concessit. Revisiones Ipsiturarum ac Status Bonorum et pote Cracoviensis Sandomiriensis Calissiensis Stavistynensis resigillavit quibus per me secretarium clara voce perlectis quae erant laudanda laudavit quae vituperanda vituperavit. In Calculatores Conventus Cracoviensis R.D. Theophilum Kocharski et R.D. Theodorum Iwelski. Conventus Sandomiriensis R.D. Iosaphat Mysłowski et R.D. Iosephum Moszynski. Conventus Calissiensis R.D. Franciscum Węglarski et R.D. Dominicum Osuchowski. ac in Oppositorem

positorem relicto tamen jure cuiq opponendi R.D. Josephum Mostynski depulbavit. In hac ce Capli sessione quidrenter gratio in Obe lis Reverendissimi Generalis tum R.R. Patrum Capitularis Congregatorum R.P. Caietanus et R.P. Gabriel ut possint ad mitti ad Caplum attenta paucitate Capitularium, et attento eorum quinquennio ut moris est, Vrio je rantesto admissi sunt ad Capitulum. Adum Rdi P.P. Calculatores Rege strorum Conventus Cracovien testanz superasse expensas perceptas flore nis septingentis quinquaginta tribus, hanc superatam Reverendissimus Gnalis cessit Conventui. Summam vero in Pteritis Caplis Generalibus sibi debi tam quatuor Millia trecentorum Un decem florenorum Polonicalium et alteram Summam quinque Millia nongentorum trium flore Pol reservavit... R.D. Gabriel in hocce Caplo Gnali Calculationem fe cit ex peculio Fris Joannis, R.P. Ermi noldi, tum Rdi P. Pie defuncti Hyacin thi, R.P. Pie defuncti Nicolai, R.D. Plebani Czulicensis. Adum Rdi P.P.

Patres Calculatores Praepositurae San-
dominiensis probarunt superasse expen
sas perceptam florenis duorum milli
um quinquaginta. Adum RRPP. Calcu
latores Conventus Calissiensis quoniam
insufficientia advenerunt Regestra et
infideliter conscripta, ideo a rota Capitu
larium judicatus, ut pro quolibet anno
restituat florenos polonicales mille du
centos, iam vero pro annis sex effi
ciunt floreni septem millia ducenti
et quoniam combinatis actoratibus
ex unanimi consensu Capitularium
et approbatione Reverendissimi Ge
neralis per medium decisum est effi
ciunt floreni tantum modo tria mil
lia trecenti. Sed quia in praesenti ses
sione reposuit florenos Polg quin
gentos et pro residuitate documentum
et submissionem dedit pro Summa duob.
millibus octingentis, et hanc summam
quam citissime exsolvere se obligaverit
hac obligatio tum a RRPP. Capitula
ribus tum a Reverendissimo Dno Gene
rali acceptata. Pro obligationibus vero

retentis

retentis p annos semiocto R.P. Erminoldus offert ad Carbonam Cracoviensem florenos Polonicales trecentos. Quo ad revisionem Biskupicensem R.D. Plebanus Rdo[?] Franciscus Wegtarski tenet reddere Inventarium plenum pecudum pecorumq et mobilium secundum revisionem et inventarium Antecedanei sui, quo vero ad reparationem quae debuerat esse initi gmis secundum Decretum reformationis in futura visitatione decidendum erit.

R. Wm.

B. R. Ferdi. Praetensiones promulgatae p Rd. Oppositorem R.P. Ferdinandi ad Praepositum Sandomiriensem, et econtra Rdi D. Praepositi contra Rd. Ferdinandum, Praetensiones Rdi Dni Ferdinandi ad Rd. Praepositum decisae sunt pro Nullis, iam vero Rdo D. Ferdinando tum Rd. Praepositus, tum Patres residentes pro tunc in Conventu Sandom. probarunt quod semper est debitor ad minimum quinque Millia florenorum Polonicalium Pdicto Conventui Sandomiriensi. His negotijs discussis intulit Reverendissimus Generalis et optavit magis

aliquor

aliquorum Praepositorum et Officialium Confir
mationem quam electionem in praesenti Capitulo
fieri, et rationes permoventes attulit,
tum etiam statum locorum urgere Vene
rabili Capitulo demonstravit quod quia pla
cuit Rdis P.P. Capitularibus ideo unanimi
Consensu et Concordibus votis Confirmati
sunt Deffinitores in praeterito Capitulo Generali
electi, R.D. Theophilus et R.D. Theodorus.
Praepositus Sandomiriensis pariter Con
cordibus votis Confirmatur. Praepositus
Calissiensis ad interim ob permoventes
animum rationes Confirmatur. Praeposi
tus Stawiszynensis etsi absens ob
longum iter unanimi tamen Consensu
Confirmatur. Ex Curato Beneficio Bi
skupicensi quoniam ob jurgia et li
tes varias cessit R.D. Franciscus
electus est Concordibus votis R.D. Jose
phus. Vicepraepositus R.D. Theophi
lus, Praepositus Hospitalis R.D. Francis
scus, Custos Ecclesiae R.D. Ferdinandus
Magister Novitiorum R.D. Theophilus.
Procurator Causarum R.D. Gabriel
electi, Secretarius ad Placitum relin

quitur

quis Reverendissimi Dni Generalis, Confes sarij Monialium n eligit quoniam ex Or dine PP. Reformatorum adinvenerunt sibi Confessarium Deo dicatæ Virgines S. Spiritus. Decisum est per Capitulum Gnale Consensu Omnium ut ex omni Loco et Conventibus etiam Biskupiciensi et Sta vissynensi decimam Partem proventuum Comportent quotannis ad Archivum Con ventus Generalis Cracovienses pro neces sitate sive Provinciæ sive Conventus Ali

Decima

cujus, quæ necessitas erit per Capitulum trutinanda quam decimam Partem si quis negaverit, eo ipso amittet suum officium et in posterum incapax judicatur quod est perpetuo Observandum. Tandem Reverendissimus Dnus Gnalis prohibuit et demandavit ut Rdi PP. Sacristiani Præpositus Hospitalis et Plebanus in proven tibus nihil audeant agere sine dispositio ne Reverendissimi Generalis, sub amissi one functionis suæ. Illatus est a Reverendissimo Dno Generali de Aren da trienali Villæ Wronin dictæ Perillustri Reverendissimo Domino Dobrzanski Canonico Cathedrali

Crac

Cracoviensi, quod unanimi Consensu Conces-
sa est, tanquam viro omni aestimatione di-
gno. Tandem recomendat Anniversarium
post quodlibet Capitulum Generale die sequen-
ti pro Fratribus Ordinis Nostri, quibus
expletis recomendata Charitate pace
et amicitia fraterna facta aspersione
et data benedictione Finitum Capitulum.

Anno Dñi 1762. 16 Septembris Illustrissimus et Rndissimus
D. Stanislaus Wolski V. I. D. Prothonotarius Apostolicus Sanae D.
Magnis Secretarius Canonus S. Sptus de Saxia per Utramq Poloniam
nec non Ecclesiarum Parochialis Sae Crucis ac S. Spiritus Praepositus
Generalis Perpetuus. Ad Visitationem Praepositurae Calissiensis con-
descendit. Incipiendo a Domo Dei post absolutum Sacrum Sanctissimum
et Oleum Infirmorum visitavit Species Sanctissimi ac Oleum Infir-
morum recentia adinvenit. Argentum Ecclesiae et Supellectilis re-
vidit rediens ad Lpposituram cum Adm Rndis Patribus conferenti-
am fecit ac etiam ab alijs notitiam coepit et hic et inde Se informans
resultatum Suum Adm Rndis Patribus patefecit et eorum Sentimento
exquisitis Adm Rndum Erminoldum ab Eadem Lpposituram amovit et quia
a multis accusatus et a quolibet judicatus et quod plus inventus est pro-
prietarius ac in multis quam Lppositurae proventus quam Ecclesiae et
Altarium defraudator, recalcitrans, obstinatus, astutus, pecunia com-
munis celator. illum occludendum in Cella usq ad Satisfactionem decreu
Submissionem manu eius datam pro Summa 2000. Millium Adm Rndo
Lpposito moderno reliquit, et cum illo dispensandi, absolvendi relaxan-
di eidem Adm Rndo D. Lpposito moderno potestatem commisit et in Casum
non Satisfactionis Sequestrationem Censuum eius demandavit, Ex cela-
to vero peculio Rndi Erminoldi pro reparatione Turricularum Dor-
xatorij ac Lpposituram 500. flor Adm Rndo Lpposito Rndissimus con-
merdavit. alteros 500 florenos pro fabrica Conventus Crac: disposuit
Instrumenta Praesentationis Itam ad Lpposituram Calissiensem quam
etiam Stavisiensem Adm Rndis Lppositis reddidit. Et quia Adm
Rndus D. Lppositus Stavisinensis ad Eandem Visitationem comparuit
et Eundem laudabiliter Segessisse Rndissimus Gnalis audivit
Visitationem eiusdem Lppositurae ad futurum adventum distulit
Instrumenta Praesentationis pro Lpppositura Calissiensi Adm
Rndo Dño Augustino Drierzenski pro Lppositura Stavisiensi
Adm Rndo D. Andreae Machanek reddidit. Et quia Rndus Lppo-
situs pro Eodem Rndo Erminoldo instantiam fecit eundem Rn-
dissimus Gnalis ad interim libertavit ac valedixit commendan-
do tam in Spiritualibus quam in temporalibus omnem dili-
gentiam. Decreta Reformationis tam Lpptura Calessiensi quam
Stavisinensi reliquit Adm Rndis Lppositis.

P. Erminoldus

Celsissimo Illustrissimo Excellentissimo Dño D. Vladislao Alexandro Łomian de Łubna Łubienski Dei et Apostolicae Sedis Gr[ati]a Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae Primati primoq[ue] Principi Equiti Aquilae Albae. Sive Ipsius Illustrissimo et Rndissimo Dño Vicario in Spiritualibus et Officiali Gnali aut cuipiam alteri ad infra scripta potestatem habenti debitam Venerationem.

Celsissime Princeps Illustrissime Rndissime Dñe.

Vacat ad praesens Ecclesia Calissiensis Iuspatronatus Nostri Ordinis S. Sp[iri]tus de Saxia. Idq[ue] post amotionem A[dm] Rndi ac Religiosi Ermi nobili Baborenski dicti Ordinis Professi, illius ultimi ac immediati Possessoris. Ad quam quiesq[ue] Ecclesiam modo praemisso vacantem Nos pro Iure Nostro quod Nobis desuper competit. Adm Rndum ac Religiosum Augustinum Drierzynski praefati Ordinis et Conventus Nostri Professum Presbyterum Illustrissimae Celsitudini V[est]rae praesentandum eseluxi mus uti quidem hisce literis praesentamus pro et cum eo supplicantes ut hunc praesentatum N[ost]rum Illustrissima Celsitudo V[est]ra ad dictam Ecclesiam instituere ac investire dignetur. Administrationem Spiritualium et regimen temporalium rerum ejusq[ue] Ecclesiae Spi committendo prout id ad Offitium Illustrissimae Celsitudinis V[est]rae spectare ac pertinere dignoscitur. In Quorum fidem L. Datt. Calissij [...] 7. Mensis 7.bris Anno 1760do

Anno Dni 1764 d 27 Augusti facta est Visitatio Conventus Sandomiriensis quam Praeposituram quia aliquoties invadebat ignis, in Pdio quoq[ue] Krukow Hollendia granarium et Curia absumpta sunt per eandem voraginem ignis non adeo pridem, et jam alia aedificata, alia aedificanda desiderantur, ideo dexteritati A.R. Di Praepositi fienda reliqua commendat, omnibus q[ue] valedixit[?] data d

Actum in loco Capitulari Conventus Cracoviensis Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Spiritus de Saxia Anno Domini 1765to Die 25. Junij.

Capitulum Generale.

Reverendissimus Dominus Stanislaus Cwolski. I. U. Doctor, Prothonotarius Apostolicus, Sacr. S. R. M. Mattis Secretarius, Canonicorum Regularium S. Spiritus Generalis nec non Ecclesiarum S. Spiritus et S. Crucis Praepositus Perpetuus, Praemissis literis Innotescentialibus ut praescriptum est viâ Cursoriâ legitime executis Capitulum Generale pro die supra expressa ac per statuta ejusdem Ordinis destinata Convocavit,. Praemissaq Votiva de Spiritu Sancto in Ecclesia S. Crucis Cracoviae ad Majus Altare Per Admum Theophilum Kucharski Deffinitorem Primum Celebrata, ad Locum Capitularem deveniens; ab his Verbis

Finito Sermone, inhaerendo Statutis ordinis, pro primo facta est Electio Secretarij Capituli, in quem electus est, R. Theodorus Sweffski Professus ordinis, Notarius Apostolicus de Unanimi R.R. D.D. in Capitulo assidentium consensu, Resignationes Praepositurarum utpote Sandomiriensis, Bisłupicensis ac aliorum quorumvis Officiorum per repositionem in mensa Capitulari sigillorum ut moris est verbaliter Reverendissimus Generalis admisit.

Proprietarios qui plus ultra Concessam in Anteriori immediato Capitulo Generali, tam de peculio quam de rebus Conservare sine licentia Superioris attentaverint, Censuris excommunicationis contra eosdem latis innodavit. Et quatenus hujus modi Proprium in seorsivis schedis quid quid habent sive in debitis

Passivis

passivis, sive in deposito apud alios
tam domesticos quam extraneos, sive
in numerata pecunia, vestibus et al
Suppellectili fideliter conscriptum
prosequenti die comportent, et por
rigant demandavit, quibus pro inte
rim usum, usque ad conclusionem
Capituli concessit, Revisiones
Praepositurarum ac status Bonorum
ut pote Cracoviensis Sandomirien
sis!: excepto Conventu Calissiensi, cu
jus loci Praepositus propter datas
legatas rationes non comparuit per
consequens revisionem Bonorum non
transmisit. R. vero Praepositus Sta
vissyrensis quoniam nullam neque etiam
per literas dedit excusationem in
obedientem et contumacem eum cogno
vit Capitulum, et protervian ejus ad
dijudicandum in visitatione Reveren
dissimi Generalis decrevit :/ resigil
lavit, quibus per secretarium cla
ra voce perlectis, quae erant lau
danda laudavit, quae vituperan
da vituperavit.
In calculatores Conventus Cracovien

X

R. Macharec.

lecti

electi R.D. Theophilus et R.D. Ferdinandus, Calculatores Conventûs Sandomiriensis R.D. Franciscus et R.D. Dominicus, In Oppositorem vero secundum Sonantiam Statutorum Unanimi Consensu electus est R.D. Josephus, His peractis et assignata Die electionis feria 5ta, mensis vero die 27ma. Soluta Sessio.

In secunda Sessione R.R. P.P. Calculatores. Regestrorum Conventus Cracoviensis, id proposuerunt quod et subscripserunt quod ~~diam~~ adinventa est summa superata expensarum Perceptam pro Magnis apparentibus et Continuis reparationibus. florenorum Polonicalium 5323. Calculatores vero Conventus Sandomiriensis enumerarunt et approbarunt superasse expensas Perceptam florenis Pol. 1700. et haec regestra enumerata et verificata propriis manibus superius specificati Calculatores subscripserunt. In hacce Capituli Sessione quaerentes gratiam in oculis Reverendissimi Generalis tum Reverendo

verendo

Patrum Capitulariter Congregatorum
RP. Jacobus Janowski et RP. Vincen
tius Zevicki ut possint admitti
ad Secreta Capituli et super hoc
prastare Juramentum, attenta
paucitate Capitularium et attento
eorum in Sacra Religione Quin
quennio, ut Moris est Post Ju
ramento, ad Missi sunt ad Capi
tulum, prius tamen RP Vincentius
NB. ad monitus est in Capitulo, de Ob
stinatia, et elatione sui respectu Pospo
sitionis Viceprdpositi, in procurandis
licentiis &c. Propria in schedis porre
cta Manibus Reverendissimi Gene
ralis Subscripta et ad usum Conces
sa, His Negotiis discussis Intulit
Reverendissimus Generalis et opta
vit magis uti et in prateritо Capi
tulo aliquorum Prapositorum
secundum indigentiam locorum
Confirmationem sive viva voce
electionem allegando permoventes

rationes

de oppressis calamitate et infortunijs locis; quod quia post permoventem demonstrationem placuit R.R. P.P. Capitularibus ideo viva voce unanimi consensu concordibus votis electi sunt Deffinitores Primus Deffinitor R.D. Theophilus Kucharski secundus Deffinitor R.D. Thomas Kutkowski Praepositus Sandomiriensis R.D. Theodorus Jwelski Calisiensis Praepositus R.D. Dominicus Osuchowski Stawiszynensis Praepositus R.D. Augustinus Dzierzynski, ad Curatum Beneficium Biskupiense incorporatus Conventui Cracoviensi R.D. Josephus Mossynski in viceprapositum Conventus Generalis Cracoviensis R.D. Thomas Deffinitor secundus Custos Ecclesiarum R.D. Franciscus Wegiarski, Praepositus Hospitalis Cracoviensis R.D.

Stephanus

Lodzinski. In concionatorem fam. Festi
valem quasi Dominicalem R.D. Jaco
bus Janowski In secretarium Re
verendissimi Generalis R.D. Josa
phat Mystowski in Procuratorem
Causarum R.D. Vincentius Lewicki.
Cetera vero omnia Negotia etiam
et Causa A. Caietani Szmid de in
juria A. Josepho facta ex bra
chio Reverendissimi Generalis in
Capitulo Capitulariter electo pro
Revisione Beneficij Biskupiciensis
ad Capitulum domesticum Reser
vata. Quibus expletis recomenda
ta charitate Pace amore Dei
et amicitia fraterna facta asper
sione et data Benedictione Fi
nitum Capitulum.

Stanislaus Wolski
P.M.D. Ord S.S. P. Glis
mppa

Theophilus Kucharski
Definitor Amus

Thomas Rutkowski
Deffenitor 2dus m.p.

Theodorus Zwielski
Notarius aplicus et
Capituli Can. Regul.
de Saxia Prot.

In Nomine Domini Amen.

Anno Domini 1767. Die verò Lunæ nona Mensis Martii.

Post fundatam Jurisdictionem Commissorialem in Conventu Cracoviensi Ordinis Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia, per Perillustrem et Reverendissimum Dominum Josephum Chyczewski U. J. Doctorem, Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis Archidiaconum, uti Commissarium à Celsissimo Principe, Illustrissimo et Reverendissimo Domino Dno Cajetano Ignatio Sołtyk Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Cracoviensi, Duce Severiæ deputatum ac constitutum, actis presentibus Capitularibus Provincialibus ejusdem Ordinis infrascripta Instrumenta juxta illorum obloquentiam ingrossantur de tenore sequenti =

Cajetanus Ignatius Sołtyk Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ Perillustri et Reverendissimo Josepho Chyczewski U. J. Doctori, Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Cracoviensis Archidiacono, salutem in Domino. Pro debito Officii Nostri juxta Constitutionem Glor. mem. Benedicti XIV Canonicos Regulares S. Spiritus de Saxia Jurisdictioni Nostræ subjicientem, prestare volentes, quatenus in eodem Ordine Canonicorum Regularium, tam in Conventu principali Cracoviensi, quam in reliquis totius Provinciæ ad eum spectantibus Regularis disciplina et observantia vigeat, Spiritualia, temporaliaque ritè administrentur, providereque eidem Ordini de Viro Authoritate, Scientia, prudentia, Spiritu et rerum usu conspicuo, qui pro Nobis Spiris, ut premissa exactè serventur, attendere

et introspicere valeat, Dnum V̄rum, Cujus dictas praeclaras qualitates optime perspectas habemus, in Commissarium Nostrum praefati Conventus Cracoviensis Canonicorum Regularium de Cadia, et reliquorum ab eodem uti principali dependentium, deputandum et constituendum esse duximus, uti quidem cum tota et integra potestate tam in Spiritualibus, quam temporalibus regendi, administrandi, disponendi et ordinandi, caeteraque universa juxta latitudinem et extendentiam Jurisdictionis super praedictos Canonicos Regulares Nobis competentis faciendi, gerendi effectuandi et exequendi deputamus et constituimus praesentibus Literis ad Arbitrium Nrum valituris. Cura vero ob plurimas inconvenientias in dicto Ordine hucusque perpetrari solitas per secreta Scrutinia deductas, certam Ordinationem et dispositionem pro praedicto Conventu sub die hodierna edidimus et relaxavimus, ideo volumus, quatenus Dnao V̄ra eandem omnimodae executioni demandet, adhibendo contra refractarios remedia etiam Censurarum excommunicationis et Suspensionis, Carceris, flagellationis et alia quaevis opportuna. A reformatione autem Spiritus, qui in eo Ordine penitus dissipatus est, incipiendo Recollectiones ante omnia peragi faciat, criminosos, vitiis deditos, a suo Superiore inanter non punitos, tum in futurum quomodolibet deviare ausuros, tam Superiores, quam reliquos Religiosos pro modo delictorum castiget et coerceat, et omnia devia in orbitas suas congruis remediis reducat. Rem oeconomicam meliorare studeat, rationes ex Annis antreactis ab Illri Praeposito caeterisque ad eas obligatis reddi Sibi et Capitulo praedicti Conventus, ac ad praetensiones inde resultantes respondere stringat. Caeteraque omnia, quae ratio Instituti pro manutenenda Regulari vita, proque recta temporalium administratione exposcit, peragat et exequatur. Mandan-

tes

Mandantes et districte praecipientes toti Communitati praefati Conventus Cracoviensis omnibusque Religiosis ab eo dependentibus, quatenus Dnai Vrae reverentiam et obedientiam plenam praestent et exhibeant, ad quam sibi praestandam et exhibendam Dnao Vra quoscunque refragari praesumentes, Censuris (:a quibus absolvere poterit:) poenisque quibusvis usitatis corporalibus adigat et compellat. Ad quae omnia plenam Dnai Vrae Authoritate Nostra damus potestatem. Praesentes porro Literas in Capitulo dicti Conventus per Dnem Vram convocando publice legi, ac Actis Conventus inseri volumus. In quorum fidem &c. Datt Kielcijs in Palatio Nostro Episcopali Die 23. Februarii Ao 1767. Cajetanus Episcopus Dux Severiae mpp (L. S.)

Cajetanus Ignatius Soltyk Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiae. Universis et singulis quorum interest, signanter vero Ordini Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia, alias Communitati Ipsorum, tam Conventus Cracoviensis, quam aliorum ad eum spectantium, significamus et ad notitiam indubitatam deducimus. Pro commissa Sollicitudini Nostrae Pastorali per Constitutionem glor. mem. Benedicti XIV Bullarii Ipsius Tom. 1. fol. 41. extantem, Canonicorum Regularium dicti Ordinis regimine praestare et providere cupientes, ut in eo remotis quibusvis transgressionibus Regularis disciplina et observantia vigeat, cum per Communitatem principalis Conventus Cracoviensis delatum Nobis esset ad summum disordinem omnia in eo pervenisse, et causa potissimum Illrio Adm Rndi Stanislai Wolski Praepositi Gnalis ad omnes inconvenientias perpetrandas pravo exemplo praeeuntis, pro vigilantia Pastorali Sententia jurata in eodem Conventu in Religiosis ejusdem Personis, super iis omnibus, quae vitae Regulari disconveniebant, expediri fecimus, ex quibus

quidem juratis Scrutinijs firmiter et legaliter cum scitu praedicti Illmi Praepositi, imo et cum facultate relevaminis Ipsi concessa, peractis et expeditis, quandoquidem evidenter constat, eundem Illrem Wosseli Praepositum vocationis suae ac Status Sacerdotalis penitus oblitum, loco exempli ad virtutem, petram scandali evasisse, continuae crapulae ac ebrietati saepè repetitis intervallis etiam ad quatuor hebdomadas continuatae, incessanter usque ad morbum, cum adscitis sibi Religiosis, ac his deficientibus cum proprijs famulis etiam sub tempus praedictorum Scrutiniorum obdurate indulsisse, in statu hujusmodi crapulae ac ebrietatis nec Dei, nec Praeceptorum Ejusdem, nec regiminis Conventus aut Regularium recordatum fuisse, quinimo ob nimiam eamque continuam ebrietatem ad nihil valere potuisse. Missae Sacrificia etiam festis ad Populum celebribus nec celebrasse nec audivisse, imo ut fortiter praesumitur nec Officium Divinum recitasse, Proventibus Conventus properam in ludum proprium abusum fuisse, pecunias à Religiosis, tam titulo dandorum Officiorum, quàm titulo condonandarum poenalitatum promeritarum emunxisse et extorsisse, Subiectis Conventus nec Spiritualia, nec temporalia commoda procurasse, ita ut duo Religiosi in Scrutinijs specificati etiam absque Sacramentis decesserint, unum verò Religiosum per aurigam suum ad id incitatum graviter concussisse et convulnerasse, quosdam pessimè delinquentes, sed sibi caros ad apparentiam tantum punivisse, alteros verò minùs sontes immisericorditer et excessivè tractavisse, peccatis gravibus suorum Religiosorum, iam ebrietatis publicae et scandalosae, iam frequentationis quarumvis domorum, ubi libuerit, etiam suspectarum, et ad crates quoque Monialium notis pravae conversationis, commissionis delictorum carnis, impregnationis foeminarum, clausurae pro libitu violationis, Sacrilegii furtorum perpetrationis, Regularum

non observantiae

non observantia, Sacrilegiorum praesumptorum in celebratione Missarum scilicet cum multi rarissimé Confessione se expiantes, quamvis vitijs delicti, Sacra etiam quotidie faciant:) ultroque cujusvis generis delictis non obviasse, proximis pravo suo exemplo et incuria per ebrietatem contracta omnium scelerum et effusionis in omne nefas suorum Religiosorum causam extitisse, prout Latius praefata Sententia jurata obloquuntur. Hinc proinde eundem Illrem Stanislaum Wolski Praepositum graviter culpabilem et punibilem adinvenimus, et licet pro tantis transgressionibus graviores promerueret poenas in forma et figura Judicii sibi infligendas, Nos tamen parcendo famae Ordinis, parcendo famae Personae ejusdem, à figura Judicii abstinendum, sed duntaxat more Patris et Medici cum eo procedendum esse duximus, ut Animam ipsiusmet et bonum Ordinem in Conventu tanto efficacius indulgentia Pastorali lucrari valeamus. Imprimis igitur praedictum Illrem Wolski à regimine Spiritualium et temporalium, tam Conventus Cracoviensis, quam aliorum ad eum spectantium, his in Scriptis in toto ad Arbitrium suspendimus, et ne in idem regimen se ingerere praesumat, sub gravissimis poenis eidem inhibemus, ac eundem à Mandatis Commissarii Nostri pro dicto Ordine deputati quo ad omnia dependere, in Conventu Cracoviensi manere (: nisi id aliter à Nobis vel Commissario Nostro concessum fuerit:) vitam Regularem in toto observare, pro reassumendo Spiritu Recollectiones octo dierum duplicatas in spatio duorum Mensium à notitia praesentium absolvere, omnia Munia etiam Chori cum reliquis Religiosis obire, portione Conventus contentum esse, nullam praerogativam, praeter solam loci in Capitulo et Choro prioritatem praetendere debere volumus, cui nihilominus ex Paterna gratia ultra portionem communem Conventus, pensionem mille florenorum Polonicalium quotannis pro necessitatibus personalibus ex proventibus Conventus quatuor ratis solvendam assignamus, ac ut Eidem debita ab omnibus Religiosis praestetur

reverentia praecipimus. Ad regimen verò tam Cracoviensis quam caeterorum Conventuum ad illum spectantium in Spiritualibus et temporalibus ad mentem Regularum dependenter tamen omninò à Perillustri Commissario per Nos deputato, dispositioniq[ue] Ejusdem subalternè exercendum, in Vice Praepositum deputamus et constituimus Adm. Reverendum Thomam Ruthowski ejusdem Ordinis Definitorem, cui obedientiam et reverentiam modo quo supra exigenti, ab omnibus Religiosis ejusdem Ordinis et Provinciae (: in absentia verò ejus alteri per Perillrem Commissarium sufficiendo :) praestari mandamus, et omnes in conscientia obstringimus, ac Authoritate Nostra obligamus. Mandantes et praecipientes, quatenus omnia praesentium contenta debitae executioni demandentur; ad quem effectum praesentes in Capitulo Conventus convocatis omnibus sub Praesidentia Perillris Commissarii (: interveniente ac praesente Illri Woselski, alias vero sic negligenti :) praesentes exhibeantur, legi palam et notificari; post lectionem verò et notificationem Actis Conventus inseri, et copias earundem reliquis Conventibus transmitti volumus. Praesenti Nostra Ordinatione et Dispositione ad Arbitrium Nostrum valitura. In quorum fidem. Datt. Kielcys in Palatio Nostro Episcopali Die 23. Mensis Februarii Ao Dni 1767mo

Cajetanus Episcopus Dua Severie ~~mpp~~ (: L. S. :)

Actum in Conventu Canonicorum Regularium Ordinis S. Spiritus de Saxia Cracoviae sito Die Lunae 2da Mensis Martii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Septimo.

Perillustris et Reverendissimus Dominus Josephus Cyrzewski Ussd. Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis Archidiaconus à Celsissimo Principe Illustrissimo et Reverendissimo Domino Cajetano Ignatio Sołtyk. Dei et Apostolicae Sedis Gratia Eppo Cracovien. Duce Severiae praedicto Ordi Sancti Spiritus de Saxia Provinciae Polonae constitutus ac deputatus Commissarius inhaerendo literis Specialibus Suae

Constitutionis

constitutionis in Commissarium praeviis litteris innotescentialibus
debite intimatis, ac executis ad praefatum Conventum Sancti
Spiritus Cracovien. pro fundanda Jurisdictione Commissoriali con=
descendit. Quem Communitas Canonicorum Regularium dicti Ordinis
et Conventus Rochetis ac Mucetis suis ornata cum elevata
Cruce ut decebat ad Conventum suum et locum Capitularem in=
troducebat, et intrando praefata Communitas locum Capitularem
illius Illmus et Rdmus Dnus Stanislaus Wolski dicti Ordinis et Con=
ventus Praepositus Generalis obviam exeundo Praefato Perillustri
et Rdmo Dno Commissario stetit in foribus ante locum Capitula=
rem summe temulentus existens, licet tempore antemeridiano
adeo ut ipsum quilibet judicare potuerat, quod sensum ratio=
nis amiserit, siquidem neq Religiosis vestibus ornatus fuerat
Sed tanquam delirans apparuerat indecenter, nec aliquid ad
rem locutus fuerat, cujus statum pessimum videns praefatus
Perillustris et Rdmus Dnus Commissarius in summa admiratione
existens apprehensa manu ejus introivit cum illo locum Capi=
tularem et habito respectu debilitati illius ob ebrietatem sedere
ipsi permisit. Tandem memoratus Perillustris et Illmus Commissarius
per unum Religiosum Presbyterum a Communitate electum ser=
mone Oratorio nomine totius Communitatis salutatus fuerat sed
dictus Illmus Wolski nimis ebrius existens et hunc sermonem im=
pediverat ac disturbaverat, adeo ut illum proferens vix finire
potuerat, quo tandem sermone finito praefatus Perillustris et Rdmus
Commissarius factis laudabilibus ad praelibatum sermonem responsis
licet Illmus Wolski ebrius indecentibus verbis hujusmodi actum
disturbaverat Jurisdictionem suam Commissorialem invocato Sp.
S. auxilio in Dei Nomine in praesentia Religiosorum protunc pro
eodem Actu congregatorum fundavit, me Notarium infrascriptum
ad describendum Actum praesentis Commissionis assumpsit. Circa
quam fundatam Jurisdictionem praedictus Illmus Wolski adusq
ebrius existens postposita omni reverentia Perillustri et Rdmi
Dni Commissarii ut praemissum est Constituti, sine omni Reli=
giosa modestia, variis indecentibus sermonibus, variis imperti=
nentibus protestationibus ac clamoribus vanis cum Religio=
sis minus necessariis contentionibus ac jurgiis eandem juris=
dictionem fundatam impugnaverat. Quibus minime
attentis ut per ebrium Illmum Wolski factis memoratus

Prlis

Perillis et Reverendissimus D. Commissarius, sed inhaerendo dispositioni Suae Illmae Celsitudinis ad ulteriora procedendo mihi Notario infrascripto Instrumenta Constitutionis Sui in Commissarium et Ordinationis seu dispositionis a Sua Illma Celsitudine emanatae ad perlegendum in Capitulo tradidit perlectisq Capitulantibus inscribi obligavit, et in locum Absentis Adm R. ac Religiosi Thomae Rutkowski Status Ordis ac Conventus Cracoviensis immediati Definitoris ac per Suam Illm Celsitudinem in locum Illis Wolski propter suas ebrietates ac excessus suspensi Praepositi constituti Viceprepositi extra Conventum commorantis Admo Rdm ac Rlsm Dominicum Osuchowski dicti Ordis et Conventus Presbyterum in Religione emeritum ad Adventum praedicti Admi Rdi ac Rlsi Thomae Rutkowski tantisper substituit, ejusq regimen tam in spiritualibus quam temporalibus rebus ejusdem Conventus commisit, eidemq obedientiam ac reverentiam tantum quam superiori praestandam esse per Religiosos declaravit et ipsi Acta Capitularia et Sigilla Conventus necnon Claves Conventus atq peculium et proventibus Conventus restans tradere demandavit. Quibq per actis propter ebrietatem Illis Wolski et disturbationem illius hujusmodi Actus eundem praesentem Actum ad horam secundam pomeridianam ejusdem Diei Praelibatus Perillis et Rdmus Commissarius limitavit et terminum conservavit Posterius Illm Wolski et loco Capitulari quem sibi pro Continua Residentia usurpaverat ad residentiam praeposituralem transferre mandavit.

Tandem adveniente Hora secunda pomeridiana ejusdem Diei Suprascriptus Perlis et Admus Dnus Commissarius ad praedictum Conventum Sancti Spiritus in Sacia pro expediendo ulteriori Actu Commissionis condescendit ubi per Communitatem Canonicorum Regularium ejusdem Conventus ut decebat susceptus et ad locum Capitularem introducendus erat, sed quoniam Illis Wolski postposita modestia Religiosa summa malitia ductus et causa nimiae ebrietatis ad quam continuam assuetus fuerat, convocato ad suam Residentiam Religioso Mathia Holubowski Presbytero Conventus sui secum eodem [illegible] Famulo suo simplici finibus undiq tam ad Residentiam Praeposituralem

in qua locatus fuerat quam ad locum Capitularem clausis ac bene munitis per totum tempus pomeridianum ad Ve=sperem usque pessimo potui aquae vitae indulgebat. Et Li=cet per Religiosos ad fores Residentiae Suae pulsabatur, et ut fores ad locum Capitularem aperiret, require=batur, aperire malitiose denegaverat ne in ebrietate solita impediretur. Praeterea praefatus Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Commissarius interim demum in Refectorio eiusdem Conventus pro expediendo ulteriori Actu commissionis collocavit. Et eidem reassumendo Actum eundem ac inhaerendo Dispositioni Suae Ordinatio ni Suae Illustrissimae Celsitudinis Ante omnia Recollectiones Spiritus Communitati dictorum Canonicorum Re=gularium pro reassumendo Spiritu recommendavit, easdemque Recollectiones in Domo Stradomiensi Patrum Congregationis Missionis Octo diebus absolvendas et a Dominica imminente Secunda Quadragesimae in=ceptas esse duxerit, et pro quibuslibet Octo diebus Recollectionum quinque Religiosos ut se per totum tempus Quadragesimale cum eisdem Recollectionibus expedire possint assignavit. Et quoniam comperta est quod nonnulli Religiosi Presbyteri huius Con=ventus non habita ab Illustrissimo Domino Loci Ordinario ad excipiendas Confessiones Christi Fidelium licentia quo de fare licentia nec praevio examine super capa=citate Sua Confessiones partim et Dispositione Illustrissimi Wolski Superioris Sui pariter approbandi faculta=tem Suos Religiosos desuper non habentis partim ad plurimum Suum excipere per Annos quatuor et ultra praesumpserint. Ideo memoratus Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Commissarius iisdem Religiosis ut Confessiones ab hinc excipere desistant, quinimo ne Sine examine Sub=iicere Sive licentiam ad excipiendas Confessiones ab Illustrissimo Ordinario Sine Scitu Suo petere auderent Serio inhibuit, in tenor Religiosam modestiam toti

Comitati

Communitati recommendando Actum praesentem ad Diem Crastinum limitavit et terminum Conservavit. Praesente me Adalberto Woynarowski Apostolico et Actus praesentis Notario.

Actum ut Supra Anno eodem quo Supra Die vero 10ma ejusdem Martii Illmus et Rdmus Dominus Josephus Chyczewski Uss. ut Supra Commissarius S. Die hodierna ad praefatum Conventum Cracoviensem S. Spiritus Condescendit, ibidemq Actum Commissionis reassumpsit in qua Sessione Compertum est quod Religiosus Contius Starowieyski Ord. S. Spiritus de Saxia Conventus hujus Professus Diaconus post posita modestia Religiosa ac Statutis et Constitutionibus Ord. licet etiam per Capitulum Conventus hujus sub Die 2da Januarii anno Currenti Celebratum. [?] ut Religiosi exeuntes ad Civitatem omnes licentiam ab Illmo Generali peterent praecautum fuerat. [?] Sine licentia Suorum Superiorum Die hesterna matutino tempore ex Conventu ad Civitatem migravit, nec per totam diem et pro nocte ad Conventum ~~migravit~~ rediit quinimo ad hodie in Civitate [?] malitiose divagatur, ideo ex hac et aliis rationibus animum Suum permoventibus, dictum R. Starowieyski cum unanimi assensu Communitatis Capitulariter congregatae facto, Captivandum esse decrevit, et Captivare personam illius Sine tamen omni Scandalo et ignominia ordinis demandavit. Qq. dc. Actum praesentem ad Diem Crastinam limitavit et terminum Conservavit. Praesente me Adalberto Woynarowski quo Supra Notario

L.S.

280 4

1760mo CAPITULUM GENERALE

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo O=
ctavo Die 20. Mensis Junii.

Descendente ad Ecclesiam Sancti Spiritus Perillustri et Reveren=
dissimo Domino Josepho Chyczewski U. J. Doctore Ecclesiae Cathedra=
lis Cracoviensis Archidiacono a Celsissimo Illustrissimo et Rmo
Domino Cajetano Ignatio Sołtyk Dei et Stae Sedis Apostolicae gra=
tia Episcopo Cracoviensi Duce Severiae Deputato Commissario obvian=
ti ad Fores dictae Ecclesiae omnes Religiosi pro peragendo Capi=
tulo congregati Rochettis et Almuciis amicti praecedente Cruce
exierunt et hunc primo ad Ecclesiam introduxerunt. Missam
de Spiritu Sancto Illustris et Admodum Reverendus ac Religio=
sus Thomas Rutkowski Generalis per Utramque Poloniam Vice
praepositus ac Definitor Provinciae celebravit, qua finita de=
ductus est processionaliter ad locum Capituli praelibatus Illus.
ac Rmus Dnus Commissarius, ac ibidem Salutatus per Unum
ex Religiosis videlicet Adm. ac Religiosum Jacobum Janow=
ski Concionatorem et Rectorem Conv. Cras. Secretarium, responden=
te ad id Docto et eleganti Sermone ad bonum Ordinis promoven=
dum permovente et Suadente praelibato Illusmo Commissario. In loco
Capituli per Literas Innotescentiales debite et more est executis
Convocati praesentes adfuere Adm. Rdi ac Religiosi Thomas
Rutkowski Viceprepositus et Definitor Provinciae. Theo=
philus Kucharski Definitor. Franciscus Węglarski Sando=
miriensis Praepositus. Augustinus Dłuzewski Calisiensis
Praepositus Criminaldus Babczynski Staszoviensis Praeposit.
Dominicus Olszowski Procurator Domus et Custos Ecclesiae
Josephus Moszynski Commendarius Ecclesiae Parochialis in Bi=
skupie, Cajetanus Schmiedt, Stephanus Lodzinski,
Jacobus Janowski Concionator Hospitalarius Cras. et Provinciae
Secretarius Vincentius Lewicki et Andreas Machanek.
qui de Consensu Patrum Capitularium die hodierna est ad Capi=
tulum admissus, et Juramentum ad Sta Dei Evangelia juxta
Ordinariam Formam praestitit. Tandem memorati Religi=
osi Officia Sua resignarunt Sigillaque reposuerunt praeter
Illustrem Viceprepositum Gnalem qui per Praelibatum

Celsissimum

Celsissimum Principem Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Loci Ordinarium Cracoviensem est Constitutus Stante tum Illustri Preposito Cracoviensi in Romana Curia verten-te, Inventaria Registra de percepti et expensi Suarum Prepo-siturarum et Beneficiorum omnium et Singulorum produ-xerunt, Deputatij Calculatores quoad revidenda Registra percepte et expense Conventus Cracoviensis et Prepo-siture Sandomiriensis Religiosi Dominicus Olechowski et Augustinus Dzinenski Prepositure Caliensis, An-dreas Machanek et Josephus Mosynski Beneficij Paro-chiali in Biskupie Erminaldus Baborynski et Cajeta-nus Schmidt, Injunctumque est omnibus et Singulis Re-ligiosis ut in Schedis denuncient, quidquid habent sive in debitis passivis sive in deposito apud alios tam domesticos quam externos sive in numerata pecunia vertibus et alia Suppellectili actusque Capituli et limitatus ad diem Crastinum, Anno et Mense quibus Supra die uno

Reassumpta est Continuatio Capituli hac die in qua omnes Pa-tres Capitulariter Congregati produxerant Schedas Sub Reli-giosa Conscientia quidquid habent in debitis passivis in deposito et in numerata pecunia vertibus et alia Suppellectili qui-bus cum debita observantia ac Veneratione productis Illris et Admus Dnus Commissarius prelibata Conscripsit Religiosis Patribus usum omnium et Singulorum quidquid habent ad Generale Capitulum, fuerunt quoque producta Registra percepte et expense per Calculatores deputatos ventilata discussa ac Subscripta, et Calculatione facta deductum est fuisse realitatem observatam in Conscripti-one expense et percepte, itaque quietati sunt Patres Re-gestra percepte et expense producentes ~~et~~ de percepta et expensa. Processum tandem ad Electionem novam Defini-torum Prepositorum et Aliorum Officialium juxta prescriptam formam Statutorum post emanatam Bul-lam Sanctissimi Domini felicis recordationis Benedicti Papae XIV Authoritate Olim Eminen-tissimi et Reverendissimi Domini Joannis Ale-xandri Miseratione Divina S.R.E. Presbyteri Car-dinalis Lipski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae Anno

Dni.

Domini 1742 approbatorum ubi post distributionem Schedarum quoad eligendos Definitores constitit quod.
A. R. D. Franciscus Węglanski - Definitor Primus.
A. R. D. Augustinus Dzierski Definitor Secundus Canonice sunt electi:

Tandem processum ad Electionem Praepositi Sandomiriensis pariter per distributionem Schedarum et quoniam primum Scrutinium non successit processum ad Secundum Scrutinium, et quoniam hoc quoque non successit Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius Praelibatus denuntiavit Praepositum Sandomiriensem
A. R. D. Augustinum Dzierski:
Quantum ad Electionem Praepositi Calissiensis post distributionem Schedarum Constitit fuisse Canonice electum ad Praepositurum Calissiensem
A. R. D. Dominicum Olechowski.
Quantum ad Beneficium Curatum in Biskupice processum ad eligendum Curatum ejusdem Loci per distributionem Schedarum, et quoniam nec primum nec Secundum Scrutinium Successit Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius praelibatus denuntiationem Curati in Biskupice durante hoc Generali Capitulo ad diem Crastinam Suspendit et interim ad Electionem Praepositi Stawiszensis est processum Circa cujus electionem post distributas Schedas quoniam primum Scrutinium non Successit devent[um] ad Secundum Scrutinium, ex quo Constitit fuisse Canonice electum ad ejusmodi Praepositurum Hospitalem =
A. R. D. Cominaldum Roboczynski: =
Reliquorum Officialium electio Delata est ad Diem Crastinum Actusque Capituli ad eandem Diem Crastinam est limitatus.

Anno et mense quibus supra Die vigesima secunda Reasumpta est Continuatio Generalis Capituli hac die in qua Perillustris et Reverendissimus Commissarius praelibatus

Servata de

resolvendo suspensionem quoad Beneficium Curatum in Biskupice, quoniam duo Scrutinia pro eligendo Curato in Biskupice non successerunt denuntiavit Curatum ad Biskupice A R.D. Cajetanum Schmidt.
Pro magistro Novitiorum denuntiatus est
A R.D. Theophilus Kucharski
Pro Custode Cilsesiano electus.
A R.D. Franciscus Węglarski Definitor t[illegible]
Pro Procuratore Conventus
R.D. Andreas Machanek.
Concionator Dominicalis electus est
R.D. Jacobus Janowski
Concionator Festorum electus est
R.D. Josephus Mroszynski
Pro Praefecto Oeconomiae praefatus.
R.D. Josephus Mroszynski
Pro Praefecto Archivi praefatus
R.D. Jacobus Janowski
Pro Secretario Provinciali idem
R.D. Jacobus Janowski
Pro Oeconomo Bonorum electus est
R.D. Gabriel Dębrowski
Reverendi vero ac Religiosi Stephanus Łodzinski ad Sandomiriensem Vincentius Lewicki ad Calissiensem Conventu pro Residentia sunt dispositi. Reverendus ac Religiosus Gabriel Dębrowski pro exequendo Officio Oeconomiae Bonorum Conventus Cracoviensis quatenus ex Conventu Calissiensi ad Conventum Generalem Cracoviensem condescendat concessum. His peractis praemissa omnia Patribus sunt lecta. Et ita est feliciter Capitulum Generale finitum.
Thomas Rutkowski Aplcus Gdis
Franciscus Węglarski Mpp Definitor t[illegible] et Custos mpp

###

283 . 7

Actum in Loco Capitulari Conventus Cracoviensis Ordinis Canonicorum Regularium Sti Spiritus de Saxia Anno Dni 1781. d. 19 Januarij Feria 6ta pst Dominicam Edam Epiphy. In quo Capto, consentientibus Pribus Capitularibus, fatij in Secretarium Capti electus Rdus Pr Vincentius Zwi... Lzaicki. Item sub Hoc Actu promulgata, ex certis punctis ann: 1781. ad Serenissimum porrectis, ignota Communitatis causa, contra quam, una cum protestatione, facta Conclusio Capitularis, In eum sensum.

Quoniam pervenit ad Notitiam Capti nostri quod so nedum quis ipse sit, ex infames literas nomine Communitatis in Manus Sermi Serenissimi Regis ausus e transmittere quibus n Actum Perillis Rndissimu Dnu Stanislaum Minbelli... Sacre T. Utriusq J. D. Collte PP. SS. Craf. Decanum Insignis Sandomiriensis et Scarbimiriensis Canonicum, a Celsissimo Illustrissimo et Reverendissimo Domino Cajetano Ignatio... Nostri Conventus Canz Regi: Delegatum Commissarium et Gnalem Administratorem. Sed etiam Ipsam Communitatem nostram verbis scommaticis, detractorijs, famam denigrantibus à veritate alienis circumscripsit de Illmo et Rdissimo Joseph Olechowski Geli. quasi Ipse lucrum ex proventibus Conventus Sandomirz. non sine gravi injuria ejusdem Conventus quæreret, malitiose suspicionem fecit Comitatui Nrae ruinam parasse prodeb. Ideo nos praecustodiendo pacem, et tranquillitatem Provinciae Nrae tuendo leges, et Privilegia Ordinis praefatas literas in fraudem et detrimentum Provinciae Nrae a quodam malitioso homine omnibus nobis insciis formatas reprehendimus, et detestamur. Authoremq earundem literarum singulis Nostris Fratribus sub poenis Ecclesiasticis inquirere denuo praecipimus et demandamus. Simulq in praesenti Capto solenniter protestamur, neq in Communi, neq privatim, neq per scripta, neq per Consilium, et Assensum ad conscribendas literas praefatas concurrisse, aut aliquem tumultuantem Fratrem Nrum deci... ... ipse.

Imo Nos in praesenti Capitulo concordi Concilio declaramus
in omnibus ex praeceptorum Regulae et Statutorum prelibato
Celsissimo Illmo Ejusq Principali Delegato Commissario, tamq
legitimo Superiori velle obedire Omnesq ejus dispositiones
laudabiles omni conatu virium adimplere, et exequi. Tum
etiam protestamur simulq Praefatum Rndissimum Delegatum Commissarium, Omnia nobis necessaria ad mentem Regulae
et Statutorum Ordinis Nostri juxta Numerum Fratrum Nostrorum indigentiam, tam quo ad victum quo ad amictum tribuere et suppeditare. Laudem et Gloriam Dei promovere
bonum regimen in Provincia conservare, Bona et Praedia
ad Meliorem Statum per continuas reparationes ac
alias Oeconomicas dispositiones reducere Regularem observantiam custodire. Jura et Privilegia Ordinis sui tueri, Nosq omnes
et singulos sua benignitate, gratia fovere, protegere attestamur. Oblata Literarum Anni 1781.

[redacted]

Anno Dni 1781. d 16ta Januarij facta Sessio ad pulsum Campanæ per RD. Patres Capitulares solito modo et consveta hora. In quo Capitulo proposuit RD. Augustinus Drierzyski Magister Noviti. de Novitio Nomine Nicolao Rzepecki quod ille accepta licentia exeundi ad Civitatem non fuit pro hora, et in tempore reversus, sed extra Clausuram permoravit, iterataq vice observatus, admonitus et susceptus die 13tia 9bris Anno Dni 1780.

Anno Dni 1781. d 16ta Januarij Facta Sessio ad pulsum Campanæ solita hora, consveto modo, in qua producti Libri Metricas, Vivorum et Mortuorum, per RD. Cajetanum Szmidt Sacrastianum, et inculcata ei diligentia in scribendis Libris Metrices. Sub hac Sessione Annotata est Susceptio Fratris Andreæ in Religione, in Sæculo vero Joannis de Deo de Cronthal actualis Clerici, qui susceptus ad Religionem, et inducias habuit Dnica Ima Adventus quæ fuit dies 3tia 10bris Anno 1780. finita Sessio hodie.

Anno Dni ut supra die vero 2da Martii Facta Sessio ad pulsum Campanæ solita hora, consveto more. In qua Sessione Adm RDnus Superior adm Rendis Patribus Capitularibus quam et Fratribus ac Novitiis recommendavit, ut in hac Quadragesima absolvant Recollectiones, consequenter pro 3tia RDnus Cajetanus Szmitt Sacristianus sub tempus Sessionis produxit Libros Metricar. quam etiam et conspectum Missar. in quibus Libris apparuit ut diligentia, pro 3tio Fratribus injunctum est, ut cum RD. Magistro Capellano Nosocomii qualibet Fria 2da et 6ta induti Superpelliceis accedant Nosocomium, et aliqua præstent Opera Spiritualia et Misericordiæ ex Amore proximi, et Humilitate vigore suæ Professionis. Et assistant Presbytero eunti ad Infirmos. Per totam Quadragesimam loco Concionum Cathesis, et præparatio ad Confessionem

ad Confessionem Paschalem, et finita Sessio.

Die 30. Martii Facta est Sessio in qua supra Nominatus Nicolaus Rzepecki ob incorribilitatem et fictam Vocationem consentientibus PP. Capitularibus ejectus ex Novitiatu. Jam vero pro elusione Religionis, disciplinam per binos per integras Litanias recipiet.

Die 10. Maij Feria 2da Facta est Sessio modo consueto hora solita ad pulsum Campanae. In qua Sessione petiit se ad Annum probationis Jacobus Kaczynski, monstratis Literis recommendatialibus sufficienter tam de capacitate doctrinae quam et morum. Quapropter R.R. PP. Capitulares censuerunt suscipiendi ad Annum probationis, cui assignato dies induciarum ante Festa Pentecostalia.

In hacce Sessione in Adjutorium ad R.D. Confessarii ingerendo se ad bonum Ordinem electus est R.D. Vincentius Lewicki ad Hospitale tanquam Syndicus ex dispositione Celsissimi Principis Ordin. Crac.

Actum in loco Capitulari Conventus Cracoviensis Ord. Canonicorum Regularium S. Spiritus de Saxia Anno Dni 1782do. die Jovis 2da Maii post festum SS. Philippi et Jacobi in Crastinum.

Factum est Capitulum Canonicorum Regu. de Saxia Conventus Crac. Praesens Adm. Rdis ac Rgsis. Vincentio Lewicki Superiore, Augustino Dzierzynski Hospitalario, Cajetano Smidh, Sigismundo Zmudzki Ord. et Conventus Patribus. in quo consultatum est de solvendis debitis et praetensionibus variorum Creditorum ad Conventum habitis, et quidem Imo: ratione Summae —

ducentorum aureorum hungaricalium Mtae Custodia qua Successrici Rttris olim Stanislai Wolski ejusdem Ordis et Conventus Praepositi, ac aliis Successoribus Decreto Judicii Terrestris Crac. adjudicatae. 2do: Ratione Summae circiter duorum millium florenz Polon olim Rttri Andr Jmo Pryszewski ArchiDiacono Crac. uti Commissario supra perceptas additae. 3tio. Ratione Summae circiter decem millium florenz Pol. per praesentaneum Andrum Drum Commissarium pro variis aedificationibus de novo factis, et in exemptionem Villae Wola ab Adm Andris Missionariis Domûs Stradomie ultra perceptas expensatae. 4to. Ratione praetensionis Successorum olim Nobilis Barsth Civis Mercatoris Crac. ad summam florenz 1500. circiter ascendentium, et aliorum minorum.

Cum itaque Conventus Noster non habuerit modum praemissa debita pacificandi, et Creditoribus exsolvendi, ne Bona praemissis debitis vel executionibus Decretorum, aut denique aliis Summis contrahendis onerent, aliunde verò, cum idem Conventus seu Ecclesia ipsius habeat sufficientem argenteriam, conclusum est in moderno Capitulo, quatenus in satisfactionem praemissorum debitorum argenteria superflua Ecclesiae praevio consensu Illmi Officii Ordinarii divendatur, et hujusmodi debita quamvis non tota saltem in parte exsolvantur, loco verò Monstratorii et candelabrorum, alius Monstratorium et candelabra minori pretio comparentur, et novum Inventarium conficiatur.

Vincentius Ferrerius Lewicki Canonicorum Regularium Ord. S. Spiritus de Saxia Conventus Cracoviensis Superior. Josephus Morzynski Plebanus Beskupicen. Augustinus Dzierzynski Pater Provinciae Noscomij Confessarius Caietanus Schmit Capellanus S. Benedicti Sigismundus Zmudzki Procurator domesticus Andreas Kunthal Secretarius Capituli ac alij

Universis et Singulis, quorum interest interesit aut quomodolibet in futurum interesse poterit praesentibus significamus et ad notitiam indubitatam deducimus. Quia Nos habentes extra Civitatem in Regno Galliciae Sortem in Villa Rzanka ad Conventum Nostrum Crac. de jure pertinen. Nobis minus fructificantem, plus vero de proventibus posse aucturam, si in eadem Sorte Molendinum et Taberna extruantur. Cum vero Aerarium Noster Conventus ob plurima vana contracta debita non est in statu aedificandi et extruendi dictam Tabernam et Molendinum nec non Remoeconomicam ibidem in meliorem statum reducendi ideo in animum duximus de consensu Illustrissimi Officij Curiae Epalis Crac. eandem sortem Rzanka Nobilibus Francisco Parzelski et Sophiae Conjugibus be-

re de Nobis merentibus cum omnibus aedificiis Agris Pratis Campis Pascuis Stagnis Hortis Subditis, illorumque laboribus utilitatibus et emolumentis Universis Contractu Emphiteutico in Annos Triginta immediate sequentes dimittere, prout realiter dimittimus cum Conditionibus sequentibus.

1mo Ut dicti Emphiteutae in Tractu supra scripto Annorum in meliorationem Fundi et auctionem Proventuum ad Proportionem Summae Sex Millium flor. extruant proprio sumptu in praefata Sorte Rzanka Molendinum in loco apto et Tabernam circa Viam publicam, quae tendit ad Wieliczkam, in qua Propinationem liberam habebunt, ex Molendino vero integrum Proventum percipient. Quodsi pro Molendini et Tabernae aedificatione integram Summam Sex millium non erogaverint restantem in meliorationem Fundi convertent, ac tandem finitis supra expressis annis, scilicet post expirium Contractus Emphiteutici, quantam pro melioratione utilitate atque melioratione Fundi Quotam erogaverint de Expensis tenebuntur reddere Calculationem.

2do Ut omnia aedificia ibidem tam a Conventu extructa et reparata per se extruenda, ac etiam totam rem Oeconomicam in bono statu conservent et in tali circa Expirium Annorum Conventui restituant Agros in suis limitibus prout extant conservare et ne quis in eosdem limites se ingerat custodire debebunt

3tio Censum Terranium et Custodiales vulgo za stroza a Subditis Sortis ut pote a Laboriosis Stanislao Pietrzyk Antonio Pietrzyk Martino Kaczer Adalberto Dziob Andreae Dziob Stanislao Lelonek, Adalberto Stythowski, Jacobo Dziob, Bartholomaeo Misiaczek, Simone Raczka, Casimiro Pietrzyk, Adalberto Raczka a singulis f. 16. Andrea Lelonek f. 40. in Summa f 232. Do a Sibus laboriosis a f. 8. g in 24. Summa f 24. ~~et semiceum~~ Do ab ipsis Subditis parvum Censum a g 3. in Summa f. 8. g 24. et Semicensum in Summa Summarum florenos 264. gr 24. et Semicensum provenientem, quolibet Anno recipient, et pro Festo Sancti Martini Episcopi regulariter quotannis ad Aerarium Conventus exolvent ad Manualem quietationem.

4to Praeterea ex praedio et attinentijs annexis praefati Emphiteutae sive illorum Successores per Tractum sui Juris Emphiteutici in Recognitionem Dominij Canonem in Flor: Polon: Do pro Festo Sancti Joannis Baptistae pariter Conventui Nostro quolibet Anno praestare tenebuntur.

5to Cum vero Aerarium Conventus Contributionis ex hac Sorte ac Simul ex villa Wola, nec non Hortulanijs in Zablocie et Plaszow ad Aerarium Lae Ces: Rae Mttis solvat, Proinde si nova

alique Contributiones exortae fuerint idem Conven-
tus easdem in se assumit exsolvendas.

6to Si vero praefatos Emphiteutas ante exspirium Tri-
ginta Annorum contigerit mori, tunc Emphiteutas Ipso-
rum legitimos Successores in continua et pacifica
Possessione Sortis conservabimus, et Nostri Suc-
cedanei conservabunt, Eosdemque Emphiteu-
tas, quam illorum Successores ab omni impeti-
tione per Tractum Possessionis protegemus et
Nostri Succedanei protegent.

7mo Post exspirium vero praesentis Emphiteuticii
Contractus omnia aedificia cum Molendino
et Taberna, quam etiam universi Proventus
Sortis, retro ad Conventum redibunt, nisi mo-
derni Possessores aut Successores Illorum no-
vum renovaverint Contractum.

8vo Has omnes et Singulas conditiones in prae-
senti Contractu superius expressas moderni Em-
phiteutae exacte adimplere sese obligant. Inse-
per Bona praefata sibi jure cessa quocunque
titulo Colore Praetextu ingenio, alteri cuipiam
Personae non alienabunt, neque obligabunt,
aut invadiabunt, vel quocunque modo eadem
Bona invinculare cavebunt. Idque sub amis-
sione seu Nullitate praesentis Contractus in
casu alicujus contraventionis. Quem quidem
Contractum de Unanimi Consensu Nostro Capitu-
lariter facto collatum manibus propriis cum
impressione Sigilli Conventualis Subscribimus
Cracoviae in Crastino S. Joannis Baptistae videlicet
25. Mensis Junij Anno Dni 178 1mo Vincentius Ferre-
rius Lewicki Conventus Crac. Superior. Augustinus

Dzierzynski Hospitalarius S. Josephus Mo-
szynski C.R. S. Spiritus Curatus Biskupiecen
manu propria, Cajetanus Szmid ejusdem Or-
dinis manu propria. Sigismundus Zmudz-
ki Procurator domesticus manu propria. Xa-
verius Makowiez Vicarius in Biskupiece
manu propria. Andreas de Kontkal Can: Re
S. Spiritus Secretarius Capituli manu pro-
pria.

Niech będzie pochwalony Jezus Chrystus — Amen

Konwent Krakowski S[ti] Ducha, Kanonikow Regularnych z Saxyi
dziedziczny Gront y Plac dawno Powroznicze zwany maiąc z bu-
dynkiem starym ku szubienicy murowany za Kleparzem na
Bedzichowie, ktorego Grontu w długość znaydnie się Miar Sązniö-
wych 190. dico Sto Dziewięćdziesiąt w szerokość Miar 17 dico
Siedmnaście, Miara zawiera łokci Trzy w sobie. Unikaiąc na
Konserwe Grontu y budowli Expensy Przeswietny Konwent Krak:
wspomnionych JchMc dcX Kanonikow Regularnych z Saxyi
ku lepszemu Dobru swemu umyslił tenże Plac y z Grontem
w dożywotni Kontrakt puscić, iakoż z zupełnym zezwoleniem
wszystkich JchMc XX Kanonikow Jurysdatorow y Konkluzyą
Kapitulną de tenore tali:

Actum in loco Capitulari Conventus Cracovien. Ordinis Canonicorum
Regularium S. Spiritus de Sasia, anno D[ni] 1782. die 5ta Augusti
Feria 2da post Dominicam 2dam post Pentecosten. Conclusis aliis
deventum est ad Negotium Fundi desolati antiquitus dicti Powrozni-
cze in Bedzichow videmus, ubi necessitas exigit novam extruere
domunculam, ac fundum colere, Censum Militarem ac Contributio-
nes varias solvere, ideo hodierna in Sessione per RR. DD. Capi-
tulares unanimiter conclusum est, Fundum hunc erga Censum
Annuum Contractu Emphiteutico, salvis in Contractu Conditionibus
expressis, ad Vitae tempora dimittere, domunculamque desolatam
minus utilem secundum Taxam divendere. Ad quod Negotium a
Gremio Krowodrensi Conventui recommendatus est Honestus Fran-
ciscus Dudzinski et Clara Conjuges cum Uno Successore —

Za Konsensem

Za Konsensem Jllrmi Loci Ordinarij, wypuszcza Uczciwey Klarze Dudzińskiey y Sukcessorowi Jeh iednemu do Smierci, dozwalaiąc budować się, Grunt sprawowac, Gospodarstwo wszelkie prowadzic y wszelkich sobie zarobkow y profitu szukać; Z tegoz Gruntu powinni będą iako się obowiązuią wyzey wyrazeni Franciszek Dudzinski z Klarą Małzonką, y Sukcessorem do Gromady Krowoderskiey, a ta do Skarbu Konwentu bez zadnych Wymowek y trudnosci, niezwazaiąc na zadne przypadki corocznie wypłacać na Swięto S. Marcina Biskupa Czynszu Złł Pol 83. dico Osmdziesiąt y Trzy. Podatki iako Dymowe, y inne przyzwoite Kontrybucye do kogo nalezeć będą na czas wypłacać powinni. Jezeli iakie Okolicznosci prawne z gruntu lub z Dzierzawcow dozywotnich wynikałyby, maią bydź w własney Krowoderskiey Juryzdykcyi rozsądzone. Wszysthie tedy Kondycye czyli Obowiązki od Przeswiet. Konwentu podane, od Dzierzawcow dozywotnich przyięte, maią bydź, tym samym pod złamaniem y zupełnym zkassowaniem ninieyszego Kontraktu zachowane. Za gromadę Krowoderską, czyli imieniem Jeh, Przeswietnemu Konwentowi na to wszystko, za temiz dozywotniemi dzierzawcami, dwoch Przysięznych wyznaczonych w Aktach podpiszą się, Y za sprzedane Domostwo podług Taxy do Skarbu Konwentu oddali Złł 180. dico Sto Osmdziesiąt, z ktorych iako rzetelnie wypłaconych ninieyszym Kontraktem Kwitowani. Co wszystko dla lepszey Wiary y wagi, własnemi ztwierdzamy rękami z przyłozeniem Konwentskiey Pieczęci. Działo się Dnia 6tego Augusti Anno Dni 1782 w Konwencie Krakowskim. X Wincenty Lewicki Konwentu Krakowskiego Superior S: D: mpp. X: Augustyn Dzierzynski Kapellan Szpitala naszego. S. D mpp. X Kaietan Szmidt Kapellan S. Benedykta mpp. X Zygmunt Zmudzki Procur Domus mpp. Locus ✝ Sigilli X Jędrzey Kronthal Sekretarz Kapituły

Franciszek Dudzinski nieumieiący pisac Kładzie Znak Krzyza S. ✝
Klara Dudzinska ⊗

Michael Georgius Ciołek Princeps Poniatowski
Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus

Ploceno

Plocensis, Dux Sultovien. Coadjutor cum plena Iurisdictione Cracovien. Dux Severiae, Abbas Commendatarius Cervene. Decanus Varsavien. Ordinum Aquilae Albae et S. Stanislai Eques. —

Universis et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit significamus et ad notitiam indubitatam deducimus Quia Nos viso et lecto praeinserto Contractu inter Partes supra nominatas condito et facto, eundem uti Juri conformem in omnibus et singulis illius punctis clausulis Articulis Nexibus et Conditionibus approbandum confirmandum ratificandum esse duximus, uti quidem Authoritate nostra ordinaria approbamus confirmamus et ratificamus per praesentes. In quorum Fidem Datum Cracoviae Die 13 Augusti Anno 1782do.
Josephus Olechowski Archid. Cl. Auditor et Judex Gnlis m.p.
Locus ✝ Sigilli.

Kontrakt na domostwo z Placem Krowodrzy Janowi Drapale y Konstancyi Matt dany.

Mocą ninieyszego Kontraktu sprzedaie się Janowi Drapale y Konstancyi Małżonkom Obywatelom Wsi Krowodrzy, Domostwo przy Dworze Krowoderskim leżące, to iest Folwark stary przez Urząd Woytowski Krowoderski za Złt Poll Ao Siedmdziesiąt otaxowany, Izbę, piekarnią, z komorę, iuż nieco w Scianach y Dachu nadpsute w sobie maiący. Front zaś z obydwoch Stron będący przy tymże domostwie, na czynsz roczny wypuszcza się za wyraźnym pozwoleniem Zwierzchnosci Duchowney Curiae Episcopalis Cracovien. następuiącym sposobem, to iest Domostwo pomienione iako wyżey otaxowane, wieczystym Prawem wspomnionemu Janowi Drapale y Konstancyi Małżonkom y ich Sukcessorom sprzedaie się za Summę wyżey wyłożoną 170 Złt Poll, z ktorey ponieważ tenże Drapała Ao Złt Poll teraz wypłaca, więc z wypłaconych niniejszym Kontraktem kwituie się, a zaś resztuiące Złt Siedmdziesiąt na nowy Rok oddać przyrzeka y powinien będzie. Z Placu na ktorym to Domostwo stoi, y z Frontu przy tymże Domostwie będącego Czynsz roczny Złt Poll Sześdziesiąt

siąt postanawia się, które dwoma ratami corocznie, to iest pierwszą ratą na Swięto S. Jana, a zas drugą na S. Marcin obydwie po Złł 30 zaczynaiąc od Roku przyszłego 1783go po: mieniony Jan Drapała wypłacać ma. Dymowe y inne Onera Fundi, iako to Kontrybucye y Podatki, ieżeliby kiedy iakie na: stąpić miały, te do Pana Drapały, iako Possessora Domo: stwa a Czynszownika Gruntu należeć będą. Posłuszeństwo Dworowi y Zwierzchności Gromadzkiey we wszystkim ostrze: ga się. Excypuie się im Piwnica pod tymże Budynkiem będąca, dla chowania w niey Trunków karczemnych, którą mieć w dozorze powinni, ażeby iakiey szkody niebyło przez ich winę za którą odpowiedzieć by musieli. Possessya tak Domostwa y Gruntu, zaczynać się Mu będzie od Dnia y Swię: ta S. Michała w Roku teraźnieyszym 1782giu. Co Strony dla lepszey pewności podpisuią. Datum w Krakowie Dnia 24 Września Roku 1782go. X Stanisław Mineycki iako Can. Reg. de Saxia Commissarius Gnrlis mpp.
Jan Drapała ✝ Konstancya Drapalina ✝

Michael Georgius Ciołek Princeps Poniatowski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Plocensis Dux Pultoviens. Coadjutor cum plena Jurisdictione Cracoviens. Dux Severiae, Abbas Commendatarius Cerven. Decanus Varsavien. Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Eques.

Universis et singulis quorum interest, aut quomodolibet inte: resse poterit, significamus, et ad Notitiam indubitatam de: ducimus. Quia Nos viso et lecto Inserto Contractu inter Partes supranominatas condito et facto, Eundem uti Juri conformem in omnibus et singulis illius Punctis clausu: lis, Articulis et Conditionibus approbandum esse duximus uti authoritate nostra Ordinaria approbamus per praesen: tes. In quorum Fidem Datum Cracoviae. Die 26 Junii Ao 1782. Josephus Olechowski Archid. Cl: Auditor et Judex Gnrlis mpp. Locus ✝ Sigilli.

Capitulum Generale

Canonicorum Regularium Ord[is] S. Spiritûs de Saxia in Conventu Cra„
coviensi Anno Domini 1783tio
die verò 10ma Mensis Iulii Presi„
dente Perillri Adm[odu]m Rndmo Stanislao Minocki
S[acr]æ Theol[ogi]æ et U. J. Doctore Ecclesiarum
Collegiatarum OO. SS. Cracoviæ Decano Co„
adjutore Sandomirien[sis] et Scarbimirien[sis]
Canonico Parochialium in Zwolen et
Chrobert Curato uti Canonicorum Reg[ularium]
de Saxia per Poloniam Generali Com„
missario Presentibus Adm[odu]m Rndis ac
Religiosis Jacobo Janowski Sandomiri„
ens[is] Preposito Vincentio Lewicki Conven„
tûs praesen[tis] Crac. Superiore, Cajetano
Schmid, Sigismundo Zmudzki ejusdem
Conventûs Presbyteris et me Martino
Siemienski assumpto Actûs presentis
Notario.

Absolutâ Missâ Votivâ de S. Spiritu, omnes
Patres Religiosi pro Capitulo presenti congre„
gati precedente Perillri Commissario venerunt
ad locum Capitularem, ubi pravia Invocatione
S. Spiritûs, Perillris Commissarius ad Rlgsos
Patres dixit exhortationem, quâ finitâ, lecta
sunt Statuta ad mentem quorum Statutorum.

1mo Suprascripti Adm Rndi ac Religiosi Pa„
tres Officia sua resignaverunt, et quidem Adm Rndus
ac Rlgsus Jacobus Janowski Beneficium Prepositure
Sandomirien[sis], iam verò Adm Rdus ac Rlgsus —

Vincentius Lewicki Officium Superioris hujus Conventus Cracoviens.

2do: In Regentem Domus est electus Adm. Rdus ac Rlgsus Cajetanus Schmid ejusdem Ordinis et Conventus Presbyter pro tempore Capituli durantis.

3tio: Quod attinet proprium, quoniam illud non-dum habent connotatum Adm. Rndi ac Rlgsi Patres congregati, ideo hocce scorsivis in schedis descriptum intra octiduum coram Perillri Commissario producent.

4to: Quantum attinet Calculum administrationis, quoniam Adm. Rndus Janowski iam regestra calculata Conventus Sandomiriens. produxit, proinde si quid contra eadem sit opponendum, relictum est jus opponendi cuilibet Rlgsorum Patrum, et ex officio deputatus est Rndus ac Rlgsus Zmudzki Presbyter. Quo verò ad recipiend. calculum Administrationis Adm. Rndi Lewicki hujus Conventus Crac. Superioris, deputatus est Adm. Rdus Jacobus Janowski Conventus Sandomiriens. Prepositus.

Cum verò Adm. Rdus ac Rlgsus Vincentius Lewicki hujus Conventus Superior sit delatus ratione quorundam excessuum et devietatum, proinde ad investiganda eadem objecta sunt deputati Adm. Rndi ac Rlgsi Jacobus Janowski et Cajetanus Schmid hujus Conventus Crac. modernus Regens.

Et interea Capitulum præsens ad tempus bene visum per Perillrem Commissarium est limitatum.

Actum in Conventu Cracoviensi Canoni-
corum Regularium S. Spiritus de Saxia
sub tempus Capituli Generalis Anno Dom-
ni 1783. Die 15. Mensis Iulij. Praesentibus
Perillri Adm Rndis Stanislao Minocki
S.T. et U.J. Dre OOSS. Cracoviae Decano, Coadju-
tore, Sandomirien et Scarbimirien Canonico
Parochialium in Zwolen et Chrobercz Curato
d. Conventus Generali Commissario, Gaspa-
ro Matecki in Ecclesia Cathli Crac Altta-
rista, Domus Emeritorum Sacerdotum
ad S. Martinum Cracoviae Preposito, Vin-
centio Lewicki, Cajetano Schmidt et Si-
gismundo Zmudzki praefati Conventus
Presbyteris et Me Mathia Mielinski
Publico, et Actus praesentis assumpto
Notario.

Praemissa Invocatione Spiritus S. et brevi Ser-
mone Perillris Commissarius memoratus
publicavit Instrumentum Celsissimi Illrmi
Rndmi Dni Dni Michaëlis Georgii Ciolek
Principis Poniatowski Dei et Aplicae Sedis
Gratiâ Episcopi Plocen Ducis Pultovien Coad-
jutoris cum plena Iurisdictione Cracovien,
Ducis Severiae, Abbatis Commendatarij Cer-
venen, Decani Varsavien Ordinum Aquilae

Albæ et S. Stanislai Equitis, Translationis Presbyterorum Senum Hospitalis S. Martini ad Conventum S. Spiritus Cracoviæ cum constitutione Superioris ejusdem Conventus et Commenda Ecclesiarum et adnexarum tenoris sequentis ═══

Michaël Georgius Ciołek Princeps Poniatowski Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Plocen, Dux Pultovien, Coadjutor cum plena Jurisdictione Cracovien, Abbas Commendatarius Cervenen, Decanus Varsavien, Ordinum Aquilæ Albæ et S. Stanislai Eques. ═══ Universis et singulis quorum interest, aut interesse poterit significamus et ad notitiam indubitatam deducimus. Cum Hospitale S. Martini Cracoviæ, in quo Presbyteri Senes ac infirmi degunt, adeo sit desolatum, ut absq; periculo vitæ ulterius inhabitari nequeat, proinde pro solicitudine Pastorali præstare cupientes, ut antequam idem Hospitale restauretur, vel alio modo in his provideatur prædicti Senes et infirmi Presbyteri commodius maneant, exploratum habentes, quod Monasterium S. Spiritus Cracoviæ Canonicorum de Saxia Jurisdictioni Nostræ Episcopali subjectum, ad Ecclesiam Parochialem S. Crucis situm, dictos Presbyteros. Senes et Infirmos ex Hospitali S. Martini transferendos commode suscipere ac fovere potest, proinde præfatos Senes ac infirmos

Presbyte

teros cum Preposito Eorum Adm Rndo Gaspario Matecki de Hospitali S. Martini ad idem Monasterium transferimus ac mansionem Ipsis in eo adinterim assignamus. Quia verò numerus dictorum Canonicorum de Saxia in Subjectis suis adeo est diminutus, ac disciplina et Regularitas adeo inter eos collapsa, ut nullus sit, qui ad administrationem Spiritualium et temporalium dicti Monasterij ejusque Ecclesiarum sit sufficienter idoneus, proinde in his quoque providendo, antequam aliquod Subjectum de Religiosis predictis ad regimen gerendum plenè capax evaserit, atque ut unius Domus regimen ab uno dependeat, ne ex duplici Superiore nempe Preposito dictorum Senum et Infirmorum ex Hospitali S. Martini translatorum et altero Religiosorum dissensiones ac inconvenientie pullulent, prenominatum Adm Rndum Gasparum Matecki Prepositum Hospitalis S. Martini cui predicti Senes et infirmi Presbyteri translati subesse debebunt, in Superiorem quoque Monasterij S. Spiritus in Spiritualibus et temporalibus deputamus et constituimus, Eique Canonicos Religiosos de Saxia in eodem Monasterio degentes uti immediato Eorum Superiori plenè subjicimus, ut ab Ejus potestate, regimine et Jurisdictione ita dependeant, quemadmodum a Jurisdictione Superioris localis Religiosi dependere obstricti erant, et tenentur. Cui quidem Adm Rndo Matecki constituto ut premissum est Monasterij Superiori Commendam etiam Ecclesiarum Parochialis S. Crucis et Hospitalis ac Monasterij in Spiritualibus et temporalibus plenè committimus, atque ut

Curam Animarum prefatis Ecclesiis incumbentem tam per se quam per alios Presbyteros sive de dictis Senibus sive de Religiosis Canonicis, dummodo Approbatos et idoneos, exercere valeat Ipsi facultatem indulgemus. Mandamus propterea memoratis Canonicis de Saxia in prefato Monasterio degentibus, quatenus Adm Rdm Matechi in suum Superiorem recognoscant, Eique plene pareant et obediant eousq. donec presens illius deputatio revocata per Nos fuerit, aut aliam Ordinationem pro eodem Monasterio ediderimus. Prescribimus pariter Ipsimet Adm Rndo Matechi Superiori ut commissum sibi regimen Ecclesiarum et Monasterij in Spiritualibus et temporalibus gerat exacte, diligenter, uti Deo et Iurisdictioni Nostre responsurus, in emergentibus gravioris momenti ad Officium Nostrum se referat pro obtinenda resolutione, ac instructionem ex Cancellaria Nra separatim sibi datam in omnibus et per omnia exequi procuret. Salvo calculo de administratione tam Proventuum Hospitalis S. Martini, quam redituum quorumvis Monasterii S. Spiritus et Ecclesiarum Ei adnexarum coram deputandis ex Officio Nro Commissariis per Ipsum uti Prepositum Hospitalis S. Martini et Superiorem Canonicorum de Saxia reddendo. Presentibus quo ad omnia ad arbitrium Nostrum valituris. In quorum fidem Presentes Manu Rndssmi Auditoris Nostri et Iudicis Causarum Generalis Cracovien subscriptas, Sigillo

293

17

...llo Nostro munitas dedimus Cracoviae Die 14ta Mensis July Anno Domini 1783tio = Josephus Olechowski Archidiaconus Cathlis Cracoviensis Auditor et Judex Generalis = manu propria L. S.

Post quam quidem publicationem Idem Perillris Stanislaus Minocki etc Commissarius vigore praefati Instrumenti tradidit Adm Rndo Gaspari Matecki regimen tam Spiritualium quam temporalium dictarum Ecclesiarum et Conventus necnon Religiosorum in hoc Conventu manentium, et quatenus Ipsum in suum Superiorem recognoscant Eig plene pareant et obediant, commendavit. Tandem mihi Notario suprascripto conscriptionem Inventarij novi omnium mobilium rerum tam dictarum Ecclesiarum quam Conventus propriarum praecommisit. Quod Inventarium de novo conscriptum manu mea subscripsi et Sigillo Notariatus munivi.

In hac Sessione quoad proprium sunt dispensati Adm Rndi ac Rlgsi Patres et absoluti ad cautelam a Censuris vigore Statuti Conventus hujus.

Quod vero attinet Calculum Adm Rndi Janowski de administratione Conventus Sandomiriensis, quoniam contra Regestra producta nil est oppositum ideo sunt admissa.

Adm Rndus ac Rlgsus Lewicki produxit Schedam Perceptorum et Expensorum in hoc Conventu habitorum, quorum verificatio cum finali decisione moderno Adm Rndo Matecki est commissa.

Cum verò ex Scrutiniis et Inquisitionibus contra Adm Rndum Lewicki expeditis constitit. Ipsum licet jam aliquoties monitum contra Statuta et Regulas Ordinis excessisse et deliquisse, proinde seriò est monitus, ne similia in posterum attentet, interea verò Recollectiones Spiritus per dies 5. absolvat. Super quo Religiosa animadversio magna moderno Adm Rndo Superiori est relicta.

Et solutum est Capitulum.